



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad
Unionem Cum Deo consequendam**

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](#)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

J. II Th. 3063.
T.



MYSTICVM HE-
LIOTROPIVM
HOC EST
SELECTÆ INDV-
STRIAE
Ad Unionem,
Cum D E O conse-
quendam..
AUCTORE
R.P. ALPHONSO
GIANOTTI, S.I.
Idiomate Italico editæ,
In Latinum translate
Ab Alio ejusdem SOC:
JESV Religioso.
Cum facultate Superiorum.
INGOLSTADII, Typis Ede-
gianis excudebat Joannes Ostermayr.
ANNO M. DC. LVIII.

Reverendissimo in Christo Patre
Amplissimo Praefati, ac Domino
D. GERARDO
In Celeberrimis Monasterijs,
ALDERS PACENSI
ET GOTSCELLENSI,
DIGNISSIMO
ABBATI,
ORDINIS CISTERCIENSIS
In iurâque Bavaria
VISITATORI, AC VICARIO
GENERALI VIGILANTISSIMO;
Eorundemque Conventuum
ADMODVM REVERENDIS,
ET RELIGIONE PRÆSTANTL
BVS PATRIBVS atque FRA
TRIBVS, &c.



*bellum, quem tenes
nunc manus benigno
)(3 ocale*

EPISTOLA

oculo perlegis, REVEREN.
DISSIME ANTISTES, ^{age}
Italiā nacti sumus, hoc loci Gen.
manorum bono, latinitate do.
natum; parvum mole ac ph.
milum, sed vel ideo gratiorem
occupatis; Sensibus verò ac Spi.
ritu prope dixerim Gigantem,
Elogium eius verbo absolvo, si
dicam: Omne tulit punctū,
Vetus certè verbum est: tria,
Omnia. Huius autem terna-
rij nomine, in vita quidem spi.
rituali, venire hæc tria possunt,
Intellectus, Affectus, Effe-
ctus, hoc est, si intelligas que
^{agen-}

DEDICATORIA.

agenda sunt in hoc magno Sa-
luti & Perfectionis negotio; si
intellecta diligas, & toto velis
animo agere; si denique nove-
ris, quo & modo & ordine agas.
Hactria Vita & Spiritualis Sum-
ma, sive Omnia. Ac consen-
tiunt in hoc alij, qui banc vi-
tam percallent. Certè magnus
ille, delicatissimus Spiritus Af-
feta Augustinus in illa Ps 118.
verba de hoc ipso ita pronun-
tiat: Sæpe, inquit, quid
agendum sit videmus, nec
agimus: quia non delectat,
ut agamus. Prævolat In-

(4 telle-

EPISTOLA

tellectus, & tardè sequit
& aliquando non sequit
humanus atque infirm
Affectus. Ideo ergò desi
derare concupiscebatur (Ra
gius Psaltes) quæ bona esse
cernebat, cupiens eorum
habere delectationē, quo
rum potuit videre ratio
nem. *Quæ in rem nostram*
aptissima sunt. Inter tria quæ
Omnia esse diximus, primum
etiam Divo isti Intellectus est,
alterum Affectus. Sed bac dico
non dum Omnia, nisi Tertium
accesserit, Effectus. In hoc ab
soluto

DEDICATORIA.

solutio demum Negotiationis
sancta, in hoc Victoria, Trium-
phus & Corona Operis. Hic ta-
men Effectus sepiissime non ali-
am ob caussam non sequitur
quam quia Modus & via ef-
ficiendi nulla monstratur, aut
talis qua difficultatibus nimis
vel asperetur reipsa, vel aspe-
rari (altem minus cordatis vi-
deatur. Hinc horror & aver-
satio, ac prosecutionis loco Fu-
ga. Si vero Index alicunde
optatus accesserit, qui viam ad
jam intellectum, & tantopere
concupitum Thesaurum non

(5 com-

EPISTOLA I

commonstret solum, sed et prim
cilem commonstret, brevem, rau
planam, quin et amœnam p[er]fici
ebramque (et sunt tales, qui frui
cœlestis Sapientia viæ sunt, p[er]
xta illud Prov. 3. 17, Viæ eu
viæ pulchræ) tum enim
crescit animus, et dilatato ja
Corde, quod S. David expertus
scripsit Psal. 118. non jam in
trantur tantum viæ eiuscemi
di, sed percurruntur, aut etiam
per volantur. Hac autem Tri
præstat exactè, quem offero, lib
bellus; cuius Industria singula
tripartite sunt; quarum Par
prima

DEDICATORIA.

Et prima quid facias, docet, Alterum ut facias urget, Tertia, qui impo facias, facilis modo facias, ines, qui fruit. Omnia igitur babet, tūm Tria hæc babet, Et punc-
tum tulit omne. Dignus itaque visus est, quem latine ederem, Tu vero, Præful Re- vereundissime, dignissimus, cui inscriberem. Primo enim Heliotropium seu Solsequium (id libelli lemma est) Solsequio dico, cum Tibi dico. Quæ hic loquimur, Tu agis; quæ nos litteris, Tu Exemplis confignas. Et si Cor tuum Cera aut
Char-

EPISTOLA

Charta, tam quidē lata, quam quire
ipsum Cor tuum est (quod poter
Mundo maius, vtpore contem libelli
ptor Mundi) Exempla vni syl
tua, intimique Animitu Ad
Characteres forent, libello bu de Se
Mundus hāud egeret, utpon
qui in Te, qua liber habet, ex
pressius longè & libentius h
geret. Nunc arcanum tuum
Tibi. Altera dedicandi cau
sa illa erat, quod Opusculum
ipsum præ multis alijs tuum vi
debatur Patrocinium ambitu.
Querendus in Germania libel
lo meo fuit Patronus eiusmodi,
qui

DEDICATORIA.

qui responderet, quantum fieri
poterat, illi, cui Italicè editus
libellus se dicauit. Tu, PRÆ-
SVL AMPLISSIME, inven-
tus, Primus libri auctor Itatus,
de Societate libellum Italicè lo-
quentem Magnæ in Italia Prin-
cipijs Regijs è Gallia Natali-
bus falgentissimæ inscrisit, Se-
renissima scilicet Allobrogum
Ducissæ MARIAE. Interpres
Germanus est, Collegij Ingol-
stadiani incola. Isto ego mini-
mè invito, idem Opusculum
Magno in Germania Präfuli,
Tibi inquam, dedicandum,
puta-

EPISTOLA

putavi; qui Natales suos, Sacra gerit
illos, si non Serenissimos, illi hoc, i
strissimos certè è Gallia & I quo
trabit, non Borboniâ quidem
domo, sed Cisterciâ: non a
Henrico Magno, Magno tamen
imò Maximo BERNARDO;
cujus Familiae Lilia quoque
non defunt, quorum unum id
que præcelsum Tu quoquens,
& Quotquot in Laudatis.
limis Cœnobijs cuius R.R.
PATRES ac FRATRES, velut
totidem Nardi Flores numeru
quos nostra quoque Dedicatio
juxta Te prescriptos in Fronte
gerit.

DEDICATORIA.

Sacra gerit. Ne spernat ergò Murus
hoc, ut ut tenuerit, Mitra tua,
quod Coronæ non preverunt; ne
repudient Sacratissima Manus
tha, quod Serenissime sunt com-
plexæ. Lucem dabit libellus hic,
silectus fuerit; lucem accipiet, si
in Clientem à Te Patrono rece-
ptus.

Hanc verò admissionem eò
sibi spondet audaciùs, quòd
plures sui similes, etiam Ingol-
stadij natos educatósque, Re-
verendissima Paternitas
Tua jam olim in clientelam
benignissimè acceperit, & Bi-
bliotbe-

EPIST. DEDICAT.
bliotecæ suæ multò instruc-
simæ velut civico quodam
re, aut certè, domestico dona-
verit; quos inter si vel ultim-
loco foruloque poni meruerū-
quē dedicavimus, primamean-
gratiam putabit. Ingolstadii
1. Ianuar. 1658.

Rev. ^{mæ} Paternitatis
Vestræ,
Nec non
Vtriusque Religiosissimi
Conventūs
Devotissimus Cliens
Joannes Ostermayr,
Typographus.

INTRODVCTIO.
CHRISTIANE LECTOR

Si magnæ obligationi,
quam altissimæ Professio-
nis tuæ status in-
ducit, ex æquo ac con-
digne respondere velis,
obligatum te esse noveris illum quam
potes proximè imitari, à quo, una cum
nomine, Gratiæ & Fidei donum, omne-
que aliud bonum tibi profluxit, hoc
est JESVM CHRISTVM. Animam
illius si consideres, omni virtutum &
sanctitatis decore plenā invenies, ut-
pote quæ primo statim creationis suæ
instanti arsto quodam & indissolubili
nexu, eoque dupli, uno quidem
Unionis Hypostaticæ, altero verò Vi-
sionis Beatificæ, Deo suo intimè con-
 juncta fuit, quâ tanquam ingentium

A

divi-

divitiarum summâ supra incontam-
natam purissimâ vitæ Innocentiam
veluti supra basin ac fundamentum
inæstimabiles illos omnis Perfectionis
omnisque Plenitudinis thesauros fun-
davit, ex quibus Terra Cælumque
cumulatissime postmodùm ditata ab-
undaverunt. Quodsi igitur & tu quo-
que ad imitandam illius sanctitatem
aspirare velis, animum ad hoc appli-
ces, & in hoc solum incumbas necesse
est, ut DEVM tuum invenias, illiusque
inventio te unias, per memoriam qui-
dem, quam potes frequentissime, il-
lum tibi proponendo, illiusque re-
cordando: per intellectum, conside-
rando illum, dicta & facta illius se-
quenter animo recolendo: per Volun-
tatem denique continuis & inflamma-
tis affectibus ad summum illud & infi-
nitum Bonum avolando, cui impos-
ibile est serio animo appropinquare,
quin bonitatem ab eo contrahas: si-

cuf

aut impossibile est igni approximare,
quin ab eo, si non ardeas, saltem ca-
lorem reportes.

Omne nostrum Esse, omne naturæ
bonum, nobis à D E O, qui omnia in
omnibus præsentissimus operatur, ve-
lut à Fonte dimidiat. Bonum verò no-
strum supernaturale, quantum ex
parte nostrâ est, ex eo originem sumit,
quod D E V M quæramus, omnique
affectu ad eum convertamur; perfici-
tur autem, quando anima cognitio-
ne & amore eidem intimè unitur, non
solum in hoc mortalis vitæ curriculo,
sed in illâ quoq; immortalitatis æter-
nitate; magno tamen utrobius cum
discrimine; nam corruptibili adhuc
carni sociata non nisi mediantibus
rebus corporeis, & quasi absconditum
sub ingenti hoc aspectabilis Vniversi
corpo, toti quidem & singulis illius
partibus, instar animæ in corpore hu-
mano existentis, præsentem invenire.

A 2

poteſt:

poteſt: at ubi ab aggraviante corporis
hujus mole (quæ inſtar densæ nutrimenti &
deſideratissimi ſolis, Dei ſcilicet
aſpectum adimit) evadit libera, elati-
vante lumine gloriæ de facie ad ſu-
ciem intuetur, eoque perenniter fru-
endo jugiter delectatur.

Oportet igitur D E V M noſtri
quæramus ope ac medio creaturam
& in ipeſis invento commoremur am-
ando illum, ipſique in creaturis can-
quami in ænigmate cognito interve-
ndo, ipſius conuerſatione fruendo,
& in ea prælibanda quasdam Paradisi
delicias, quas identidem D E V S no-
ſter immittit in corda eorum, qui
ipſum diligunt. Et hic modus eſt
Christianum, Christi ſcilicet imita-
rem & perfectionis ſtudiosum proba-
di, atque in virtutibus proficiendi.

Neverò ad ſolitas tibi recurſas ex-
cusationes, nescire te, quid quo
modo iſtud aggredi vel peragere di-
beas

Introductio.

5

beas, En sequentes ex Sanctorum ge-
stis & scriptis depromptas accipe In-
dustrias, quarum usu & exercitio tan-
tum plurimi retulere fructum, ut per
illas ceu per gradus scalæ auxilijs gra-
tissime divinis innixa ad cælum ad
DEVM usque pertigerint. Tibi quo-
que, si hanc animosè concenderis,
asseveranter polliceri ausim incredi-
biles utilitates inde promanaturas,
quarum (ut ad eas testandas animū
sumas) magis præcipuas paulò post
referam.

Vnum te admonitum veliam, ut si
statum Religiosum profitearis, artem
hanc pre alijs tibi addiscendam esse
persuasum habeas: quo enim alio si-
ne parentibus, amicis, Mundo & Te-
ipso relictis terrestre hoc Sanctæ Reli-
gionis cælum ingressus es, nisi ut Bea-
tarum in Cœlo Mentium, quoad li-
ceret, exemplum imitatus DEO tuo
quam posses proxime conjungereris?

A 3

male

malè tecum agitur, si relicto Munde
DEVM tuum nec quærere satagis, ne
que totum te amori, totum serviri
ip̄sius consecrando illum invenire al-
labores; sic enim fiet, ut nec in hu-
nec in æterna illa vita DEO frustu-
mō nec ipso Mundo, erisque adeo
ip̄sis etiam brutis animantibus infi-
liciar, quas temporaneā saltē sen-
suum delectatione perceptā nullapoll
vitæ interitum manent supplicia. Te
vero, si vitam in Religionē malè in-
ducas, sensibilium bonorum famē
prope ad insaniam usque exercentib;
neque tamen, prohibente nimis
ac obstante statūs cui conditione, eam
exsatiare dabitur, atque ita post hanc
adeo calamitosam vitam & mortem
adhuc acerbiorē coram DEO sev-
rissimo Iudice comparendum erit, il-
lo scilicet Iudice, quem, quia aman-
do Sponsum ac Patrem experiri nolu-
sti, senties Vindicem.

Fac

Introductio.

7

Fac ergo, ut quod necessitatis est,
sive etiam Virtutis, nec displiceat illud,
quod, utilitatis tuae causâ permotus,
in istis Industrijs agere tibiique sugge-
re instituo. Sume animatum, & re-
iplum ad exercitium sequentium in-
dustriarum animosè robora, & si do-
losos ille veterator (Dæmonem dico)
primos conatus acerbâ quadam & in-
sipidâ amaritie inficere tentabit, ne
animum despondeas, certus, Benig-
nissimum Numen conatus tuos divi-
næ gratiæ suæ saccharo, ipso pro-
gressu, dulciores reddi-
turum.



A 4 UTILI-

**V T I L I T A T E S S
Q U E N T I U M I N D U
S T R I A R V M .**

PRIMA & PRINCIPALIS VNA EST, quia tamen, velut malum Punicum multa grana, plures alias in se complectitur. EST autem haec: quod videlicet (supposito divinae gratiae favore, & cordis tui munditiae) usus praxi sequentium Industriarum anima sibi comparet iugem Praesentis DEI aliarumque perfectissimam divinarum Proprietatum memoriam, quam non immerito dicere possumus certum ac suave quoddam omnis sanctitatis & perfectionis seminarium: enim praesenti semper memoriam Deum quodammodo possides, unicè caverbis, divinissimos ipsius oculos offendere, quibus te omnesque actiones tuas apertissimas esse agnoscis; animose proinde resistes dæmonum sug-

gestio.

sequentium industiarum. 9

gestionibus, illorumque insultus re-
primis armis ab adiutrice DEI præ-
sentis manu subministratis; Mundū
focci facies, imò ne quidem cogitare
de illo lustinebis, quem tantillum/ef-
se vides ad immensitatem DEI cordi
tuoi inclusi comparatum; sicuti stellas
in præsentia Solis obscuratas, aut ei-
usdem Solis, qui mundi oculus est,
luci comparatas non aliter quam mi-
nutas quasdam micantes terræ bestio-
las reputas. Verbo; isthoc thetauro
(Memoriâ scilicet præsentiae divinae)
quem ex sequentibus industrijs faci-
le erues, si animam tuam locupleta-
veris, nā tu intimis DEI amicis imò
iphi DEO quodammodo similis eva-
des in Virtutum exercitio, vitæque
sanctitate; quod utiq; pro omni alia
utilitate sufficeret.

II. Tot ac tantis meritorum gra-
dibus animam tuam ditabis, quot &
quanti virtutum actus affectusq; pī
A s atuo

à tuo corde, ore ac voluntate prod-
bunt; tales autem & tam præstan-
tum actus, quique in vita spi-
tuali censemur excellentiores, sequ-
tes Industriæ suggesterent.

III. Si alacri animo & affectu se-
quentes virtutum actus elicies, si ad-
juncta quoque conjunges proposu-
apprimè tibi servient loco inten-
orationis, in qua exercitium actuum
virtuosorum & affectuum frequen-
tio sunt illud, quod potissimum in-
tenditur.

IV. Præterea non minus materi-
lectionis spiritualis suppeditabunt, &
quidē magno cum animæ tuae em-
lumento, si non cursim sed tarde, pa-
cate, & interpositis moris quandoque
subsistens perlegas, animum in lectione
firmando, unamq; ex ijs Veritatibus,
quarum multas dictis exercitijs inser-
tas reperies, melius discutiendo, & ad
cognitionis lumen inflammata affi-

& tuum

sequentium industriaum. II

prod
stanti
â spin
sequi
estu se
si ad
posna
ncrem
etuum
uenia
m in
natenii
uni, &
e emo
de, pa
dôque
i lech
tibus,
inser
, & ad
affo
qm

rum desideria adjungendo. Imò, si
inutilibat, hæ industria loco ma-
nualis cuiusdam libelli tibi servient,
quo & in templis te utiliter distinere,
quo, etiam in aulis principum vel
ubivis locorum constitutus, hominū
comfortio & turbæ immixtus, varia
piorum affectuum jacula, & jacula-
toriarum precum suspiria in cor dile-
ctissimi tui IESV emittere poteris.

V. Si forte aptior ad sacram Sy-
naxi sumendam, ad missam dicendā
vel audiendam, te præparandi modus
ubi non suppesat, unam, vel plures
ex infra positis Industrijs cum uno al-
teriore Colloquio adiuncto adhibe-
debita & devota cum animi applica-
tione, ex quo immensæ Bonitati DEI
confusus non dubito fore, ut optimè
dispositum te sentias ad desiderandā
cordis tui cum bono IESV Unionem.
Quodsi post S. Synaxeos sumptionē
aut finito sacro iisdem exercitijs utē-

A 6

ris,

12 *Vitilitates sequentium, &c.*
ris, facies rem D E O longè gratioren
& ad maius utilitatis devotionisque
proprietate augmentum, quām si nescio
quot Officiola aliasve latine compila-
tas precatiunculas ex conuertim
quādam & sine debitā attentione re-
citasses, quod vel maximè rudes & im-
peritiōres sibi dictum putent, qui et
quæ legunt vel dicunt non intelli-
gunt, aut lectis non advertunt ani-
mum; quō sit, ut licet multa orārim,
antiquis imperfectionibus identidem
scateant, nec millies licet iterat
Communiones ipsis quidquam pro-
ficiunt, ac proinde sunt simillimi æthio-
pi, qui quamvis millies sapone per-
ungatur & lavetur, nigram
tamen non mutat pel-
lem,



MODUS

MODVS SEQVENTI-
BUS INDUSTRIIS
VTENDI.

Primo præstabit unam feligere,
quæ tibi videbitur utilissima, ne-
que contentus sis eam attente,
devotè & cum fructu per modū piæ
orationis recitasse, sed distribue in
plura puncta, quæ pluribus successivè
diebus meditando discuties; stude
positas ibi veritates intelligere ac pe-
netrare, tibique applicando fac pro-
pias, easque cum affectuum fervore
sæpius reiteratas anima (eo ferè mo-
do, quem in Colloquijs infra ponen-
dis observari videbis) desumendo in-
de vel maximè seria & practica pro-
posita interdiu executioni mandan-
da. Vnâ aliquâ Industriâ dicto modo
absolutâ ad aliam atque aliam pro-
gredere.

Secundò. Interdiu magnam dili-
gentiam

A 7

gentiam

gentiam adhibe in frequentandis, se-
rio tamen ac tranquillo cum animo
affetu, precibus jaculatorijs, in qua-
bus illa cum D E O Patre tuo prælen-
te transiges, quæ Industriæ, quam
matutina meditatione expenderas,
& directioni ex paulo post assignan-
dis præribus percipiendæ, conformia
judicabis. Proponis Expl. Gr. mai-
tino tempore primæ diei quinq; piæ
aspirationes in honorem quinq; Vul-
nerum Christi persolvere, totidemque
à prandio, propone altero manè ses-
septem tertio, & ita deinceps semper
augendo numerum. Vespere studiosè
examina, an & quomodo proposito
tuo satisficeris: si satisfecisti, D E I M
lauda; sin, illico defectum supple ad
maiores D E I tui præsentis gloriam,
dæmonis vero, qui memoriam ser-
vandi propositi impedire conatus est,
confusionem. Præ omnibus autem
D E O, Deiparæ ac Sanctis refrenen-

ter

Industriis utendi. 15

ter commendata, quò certius ingentem
(quem animitus tibi exopto) fru-
tum ope ac patrocinio ipsorum ex-
iis Industriis referas; in quem finem
imprimis proderit s. Communiones,
mortificationes & preces sit.

querter offerre.

* *



PRIMA

16 *Prima Industria.*

PRIMA INDVSTRIA

Gratiarum actionis.

Solent Dialectica Magistri
varios communnes (ut vi.
cant) locos præscribere , ex
quibus veluti quibusdam fontibus
ac seminaris argumenta desu-
munt ad id , quod intenditur pro-
bandum & persuadendum . Et
ego Industrias quasdam tibi offe-
ro , ex quibus varios , eosque fre-
quentes , pios animæ affectus de-
promere poteris , quibus non sim
notabili animæ tua commode cum
D E O tuo omni loco præsenti con-
versari , & actualem ipsius amo-
rem jugiter in te fovere poteris .
Prima itaq; sit . ut tibi persuadem ,

quid-

Prima Industria. 17

quidquid pulchritudinis, bonitas
ac amabilitatis in rebus creatis
invenitur, tuisque sensibus, ima-
ginationi aut intellectui obijcitur,
ut verbo dicam, omnes crea-
turas, beneficia esse, unam quidem
ad alterius commodum, omnes ve-
ro ac singulas ad corpori animaque
tue serviendū conditas esse, qua-
rum actualēm usum tibi concedit
Deus tuus, intimè illis præsens,
manu quidem invisibili, affectu
tamen tenerrimo & propensione
infinita, apertos tenens, ad tuam
utilitatem ad tuos usus ac com-
moda, thesauros bonorum non so-
lum Naturæ, sed & Gratiæ & Glo-
rie, quos si vel obiter & per tran-
sennam in pœxeris, si in ijs consi-
deraveris

Prima Industria.
deraveris beneficiorum mul-
dinem ac perfectionem, si expo-
deris amorem infinitum, aeternam
proprij commodi nescium, tem-
constantem, & efficacem, quo
neficia illa in te collata continua-
re pergit ac conservare, nullam
ingratitudine absterritus, sed ga-
dens potius ob hactenus conceps
& deinceps etiam quasi ex quodam
servitus debito praestanda bene-
cia, reddens te participem non
lum eorum, qua alijs communi-
sunt, beneficiorum, sed insuper
multis specialibus & singulan-
ameris favore in te congestis gra-
tias beneficus, sive bona speclu-
animi & corporis, sive mala a qui-
bus benignissime te liberavit an-

prau.

a. Prima Industria. 19
multa
si expre-
postquam vel obiter animo perpen-
teram
te tem-
rare
q[ui]o-
ntinu-
ullam
Sed qu-
onci-
quodam
bene-
non su-
manu-
nsup-
igulan-
is gra-
spelli-
a qui-
vit am-
ora.
preservavit, hæc inquam omnia
postquam vel obiter animo perpen-
deru, impossibile erit, quin (si vel
umbram hominis, & rationis scin-
illam retines) totus in affectus
Gratitudinis, Amoris, Oblationis,
& plenissime in Deum tuum, tan-
tam ac amore plenissimum Bene-
factorem, Fiducie erampas. Ad
te verò si oculos reflexeris, quomo-
dofieri poterit, quin profunda Hu-
militatis, Confusionis, Contritio-
nis, Timoris ac Reverentiae adius
depromas, cùm videris te in extre-
ma indigentia & necessariæ à be-
nefica Dei manu dependentia ne-
cessitate constitutum, ut qui, vna
cum alijs tet ac tantâ diversitate
multiplicibus creaturis tui com-
modi

modi causâ conditis, singulū
mentis conservari necesse hab
alias illicò in nihilum tuum re
turus?

COLLOQVIVM I.

O Amantissime mi, summe
& assidue Benefactori,
Devs, ecce me positum à tu
benignissima manu in Mundo,
vel, ut melius dicam, in the
sauro gratiarum & in pelago
beneficiorum tuorum. Frue
bar quondam, sed sensu ac op
nione minus rationabili, pul
chritudine florum, dulcedine
fructuum tanquā donis à terra
datis; piscibus & volucribus,
tanquam elementorum partu
bus;

Prima Industria.

21

bus; Solis lumine & stellarum
influxibus, quasi Cæli munere;
at ubi sereno lucis tuæ radio
oculos animæ meæ illustrâsti,
agnosco mi Deus & confiteor
te verè ac reipsâ in omnibus
creaturis præsentem, ipsis, ut
benefacias, largiri ut sint, pro-
per meam verò utilitatem in
illis & cum illis operari tot ac
tantos favores Naturæ & Gra-
tiae. Tu per Solem & cum So-
le me illuminas, cum Terra su-
stantas, cum Anima me vivifi-
cas, &c, ut omnia paucis dicam,
tu omni momento omnia
Creatæ, Elementa, Mixta, Ho-
mines, Angelos, & quod plus
est omnes cælestis Paradisi de-
licias

22. *Prima Industria.*

sicias conservas propter meatus
mihi destinatas, & destinata in occu-
pendis; immo tu ipse, qui horum enim
omnium & Paradisi Dominus tantum
es, cum tuis & in tuis Naturas nat,
Gratiæ & Gloriæ donis Bonum Am-
nostrum & Beneficium facit finis
es. Nosteres in creaturis tuis mu-
dum eas condidit, dum in ijs per-
sistis operans, easque nobis in
visibili quidem, sed presenti.
Simâ manu communicas.

Fuisti noster in Incarnatio-
ne, Doctrinâ, Vitâ, & Morte.
Noster es Incarnatus, & sub
Augustissimo Eucharistia Sa-
cramento reconditus. Nostri
eris summa Beatitudo in cœlis,
si tamen portam illorum pec-
catis

ermetatis nostris, nobis ipsis non-
ata in clausum. Illud autem, quod
horum animat quasi & præstantiam
omnium tantorum beneficiorum gemi-
nat, est dulcissima Charitas &
Amortuus infinitus, quo amâ-
stinos ab æterno, antequam
mundum condere, jam tunc
liberè ac gratuitò determinans
tribuenda nobis in securâ
vitâ nostrâ tanta beneficia,
Generalia, Specialia, Corpo-
ralia, Spiritualia; ad quæ om-
nia & singula nunc & deinceps
complenda ab ipso mundi ex-
ordio creaturas ordinare cœ-
pisti, actu cognoscens & vo-
lens, ut per tot sæculorum spa-
tia mirandâ successione perse-
verarent,

24 *Prima Industria.*

verarent, seque impenderem
ad id usque temporis, quo illae
creaturas produceres & pro-
ductas conservares, quæ im-
mediate nobis servierunt &
adhuc serviunt.

Neq; bona solùm sed & ma-
la corporis & animæ, ô mago
Devs! gratiæ & beneficii
sunt; mala illa scilicet, qui
alios afflixerunt aut etiam num
affligunt, & nos quoque pre-
mere possunt, quæ tamen, quia
misericordissimè ab ijs nos pre-
servas, modò non affligunt
& quia mala eiusmodi innu-
mera sunt, infinitis modis nos
obligant ad condignas tibi-
ferendas gratias. Sed quo mo-

do,

do, mi Deus, tibi gratierimus,
si ipsa gratiarum actio novum
tuum est beneficium? Si quan-
tò magis Maiestatis tuæ debita
exolvere conamur, tantò mai-
ores Liberalitati tuæ morico-
gimur debitores?

Statuo igitur & fixum habeo,
O Summum Bonum meum &
Benefactor liberalissime, cum
Sancto Rege tuo David pro
tuo in me amore, omnibus
que bonis à te mihi concessis,
duo rependere, hostiam sci-
licet Laudis & Oblationis sa-
crificium.

Laudo te, benedico te, amo
te, tibi que gratias ago & opto,
ut mecum & loco mei omniūm-

B que

26 *Prima Industria,*

que Creaturarum præteritam,
præsentium & futurarum per
omnem æternitatem gratiam
referant actiones omnes Au-
gelorum Chori, omnes Be-
torum Coelitum mentes eu-
IESV & MARIA illorum Da-
bus, ob ingentia quæ recep-
imus & deinceps recepturis.
mus bona, ob innumera quæ
evasimus & evademos malorum
pericula cooperante & suavil-
simè disponente amantissimi-
tuâ in nos omnes immerito
Charitate. O mi DEVS, si po-
sem, spiritu Seraphico anima-
rem omnes etiam sensu en-
pertes creatureas, ut perme-
mecū te amarent, perpetuum.

que

que laudis ac gratitudinis resonarent canticum illi, qui dat quantum habet & est, vilissimis & ingratissimis creaturis.

Et quia Gratitudo non tam in verbis quam factis, non tam in promittendo quam dando consistit, ecce me ad pedes tuos Maiestatis abiecam, ut totum, quidquid sum, possum & habeo, non tantum in oblationem, sed & holocaustum tibi cedat. Nec id ago quasi offerens aliquid meum, sed rediens mille titulis jam ante tuos; non enim subiecione & Dominio in me tuo me exemisti, cum me mihi per creationem dedisti. Tuus sum igitur, tuum

B 2 est

28 *Prima Industria.*

est hoc meum corpus, tu ad
hæc anima mea cum omnibus
potentijs suis, & licet tuus no-
essem necessitatis lege, vellem
tamen tuus esse liberæ volu-
tatis eleætione, sicut jam nu-
ex hoc momento totum mei-
bi offero & consecro: atque
utinam simul possem omnium
Creaturarum tuarū obsequi
efficaciter & reipsâ tibi offere
& præstare, vnâque cum illis
me in tui amorem & servitium
jugiter impendere, sicut tu ab-
amando nos, nobisque bene-
faciendo nunquam desistis.

Ah mi chare Pater, quare
unquam beneficijs tuis ad tui
offensionem & injuriam abu-
sus

sus fui? quomodo potui ingra-
tus & stultus dñis tui contra
te D E V M meum præsentem.
pugnare, eum qui me ama-
bat, odio prosequens, qui me
insequendo quærebatur, fugi-
ens, offendendo illum, qui
me sinus suo fovere ac comple-
ti gestiebat, cornuum, O Bo-
num meum! vulnerando, qui
cordi tuo insculptum me ge-
stabas?

Non amplius Domine, non
amplius ita fiet. Detestor e-
mne etiam levissimum pecca-
tum, maximè NN. quo tanto
Benefactori meo nimis ingra-
tum me ostendi. Protestor
deinceps me (quoad potero)

B 3 crea-

30 *Prima Industria.*
creaturas & meipsum non al-
ter intuiturum aut agniti-
quām ut meritissimum tuu-
Beneficium, gratam me exhibi-
bens frequenter non solū
ore ac lingua, sed sāpiūs cor-
de, constanter verò vita &
morum perfectione, ut, pro eo
ac debeo, me gratum exhibi-
beam amori infinito, & innu-
merabilibus tuis beneficijs,
mēque aliquo saltem gratitu-
dinis signo idoneum reddam
ac disponam ad recipiendum
summum beneficium, quod
Tu es D̄eūs M̄eūs, summa
Beatitudo mea; simulq̄ue al-
laborem excitare alios, maxi-
mè **Dōmesticos**, ad recogno-
scendam

scendam, verbis & operibus
perfectioribus, tuam Charita-
tem, continuaque beneficia-
tua, & sic unâ te laudemus in
omnem æternitatem. Amen.

PRAXIS INTERDIV
USURPANDA.

Dum te manè vestibus induis,
dñe corde & ore: Deus
meus benedicta sit charitas
tua in prolongandâ mihi alijs-
que vitâ, in concedendâ re-
quie, in præservando me à tan-
tis animæ corporisq; malis to-
tâ hâc nocte. Tibi gratias ago,
& pannos istos ex osculor quâ-
si liberalem Eleemosynam &
beneficium à te concessum.

B 4 Lau-

32 *Prima Industria,*
Laudet te mecum & loco me
tota cælestis Paradisi aula mi
Amen.

Comedens aut videns cibos
preparatos dic: Gratias tibi ag
o immense & præsentissime
Devs, qui hos cibos creâisti
qui creatos conservas, &
merissimâ bonitate tua nobis
donas, utinam benedicantur
loco mei omnes sancti tui.

Accipiens ab alio rem quam
piam, dic: Tu es, ô mi Devi
rei istius primarius ac Princi
palis Largitor, tibi ergo præ
omnibus sit gratiarum actio &
gloria. Amen.

Negotio aliquo à te vel alio fi
liciter ac bene gesto, dic: Tibi

Ians

laus, ô mi Devs, ob tantam
aula mihi (vel isti) factam gratiam.

Denique quando curq; aliquid
boni, pulchri ac laude dignum in
te vel alijs deprehendes, imò etiā
siquid malum alijs, non item tibi,
evenisse videbis, assuefce cordis
saltem affectu Deum Benefacto-
rem tuum præsentem alloqui, &
dic. DEO Gratias cum intentio-
ne ac animo gratum te ostenden-
di DEO tuo, exemplum magne
cujudam DEI Servæ imitatus,
ob tria magna beneficia in quo-
vis, etiam in speciem minimo be-
nificio contenta; &

Primò quidem ob æternum il-
lum amorem, quo antequam
Mundus esset jam decreverat hoc
tibi beneficium præstare. II.

II. Quia ab ipso Mundi exordio ad hoc usque tempus ita prvidè creature suas ordinavit et disposit, ut res hæc, quam modi tibi donat, eis produceretur, et producta hucusque conservaremur.

III. Quia ad tu hinc et nunc ipsi immediate tibi largitur hanc minime creaturam, hoc frustum panis, hunc haustum vini, hunc vel illum fructum, cum tantam moris teneritudine et animi applicatione, quasi aliud, quod in celis aut terra ageret, non habaret.

Quod si vero perfectioni quod modo DEO tuo gratus esse desideras, expediet sapè partem tibi liberaliter concessorum donorum illi confa-

consecrare, quod fiet vel ope Mortificationis abstinentio, & genium tuum que tibi videtur commoda, pulchra &c ex amore erga illum frandando, vel elargiendo aliquid pauperibus; vel, ut melius dicam, DEO in suis pauperibus offerendo, aut partem aliquam destinando Ecclesijs vel Sacerdotibus, ad DEI, qui omnium rerum summum Principium & Finis est, culum promovendum, aut saltem utendo rebus a DEO acceptis eo modo, tempore ac fine, qui DEO placet, & quia sic DEO placet, conformiter nempe statui tuo, pluris faciendo ipsius gratiam & Charitatem, quam reliqua omnia beneficia.

Hec

36 Prima Industria.

Hec praxis, uti & sequens, fu-
sius aliquando tradita est; ea enim
poterit pro formula reliquas bu-
viores infra ponendas amplius
servire ijs, quos pia ac laudabilis
devotio ad illud impellet.

INDVSTRIA II.

Amoris & Congratula-
tionis.

S Ecunda Industria est, si apud
christudine, sapientia, bonitu-
te alijsque perfectionibus creatu-
rarum, quas considerare oportet,
quasi toridem picturas laboresque
artificiosos à magistra Divina
manu in secreto. Sapientia sus-
conclavi, modo sapientissimo pror.
susq; admirando nobisq; incognito,

per-

perfectos & oculis nostris in in-
genti hoc Mundi theatro (sicue
Apellem suas quoque proposuisse
imagines constat) à D E O proposi-
tos, si inquam à bonis bonarum
creaturarum dotibus & perfectio-
nibus, quas conspicis paulatim in-
tellectu progrediēris ad investigā-
dam, infinites maiorem perfecti-
onem ipsius Magistri primique
Exemplaris, in quo omnia ipsius
opera contenta reperiuntur. Dein
tuum in illis cognosces & amabis,
sicut in artificiose depictâ imagi-
ne, & dulci mellis guta cognoscis
& amas pictoris artem, & favi
dulcedinem.

Hunc tamen ordinem reserva-
re velim, ut ex perfectionibus rerū

C M A T T E

materialium & naturalium in specieis ac individua divisarum, tantum motuum, figurarum, operationum, qualitatum, aliarum circumstantiarum varietate, constantium scalam sibi consiciam cognoscendam nobiliorem excellentiam statu Gratia, multo magis ad cognoscendam perfectiorem Gloriam, quorum utrumque, quod cibos filiorum, DEVS dilectis suis preparavit; maxime autem ad cognoscendam summam illam vestigia inficiatam Eminentiam magnitudinum, quae tanta est, ut in primis singulariter creatura imperfectam illam & modicam, quam habet bona, cum communicet. Deinde ipse solus infinites superat omnes per-

Esones

Hiones omnium creaturarum etiam simul sumptuarum. Tertio in se continet, sine omni prorsus imperfectione, immo in summo perfectio-
nis ac eminentiae gradu omnem. Bonitatem & Perfectionem, quæ in creaturis ipsius dispersa & mul-
tis imperfectionibus ac defectibus mixta est, tam Naturæ, quam Gratia & Gloriam. Oportet igitur canem venaticum in hac spiri-
tuali venatione agas, & ab ipsis vestigis ac odoribus in isto Mundi campo relictis progrederaris, innue-
stigans non feram aliquam, sed amantissimum tuum Deum, ad quem tibi ascendendum est per ante di-
lam scalam Iacob à terra in Cœ-
lum & ad Deum ipsum usque per-
sones.

C 2

tingentem.

tingentem. Noli unquam intel-
ligere tu in creaturis subsistere, n-
amodo detinere in illis volun-
tem tuam, sed ijs sicut perspicie
ad longius distans objectum con-
templandum utere, hoc est, vel
medio ac instrumento ad videndi
& desiderandas veras pulchritu-
dines, qualis praे omnibus est Pa-
chritudo Dei. Quod si feceris, p-
mitto Mundum, capitem ca-
roquin hostem tuum, in Duce-
delissimum tibi conversum iri-
mille sanctos amoris, congratula-
tionis, admirationis, laudis, de-
derij, aliarumque virtutum affi-
ctus erga Deum tuum effusendo
caterasque creaturas decore &
pulchritudine præstantiores in-
dito

dito miraculo cor tuum à se avul-
stere, illudque repente in calum-
sublaturas.

COLLOQ VI V M II.

Potentissime, sapientissi-
me, optime, imò ipsa fo-
la, summa & optima Potentia,
Sapientia, Bonitas, Pulchritu-
do, Thesaurus divitiarum, &
omne superperfectissimum Bo-
num meum verè hīc præsens
Deus, ex profundo nihil mei,
omniumq; creaturarum (quod
solum nobis proprium est) te
adoro, revereor, & amo plus
quam omnia creata & creabi-
lia, quidquid enim pulchri aut
boni in omnibus & singulis

C 3 crea-

42 *Colloquium II.*

creaturis in cælo sive in cor
existentibus, sive Naturæ pie
Gratiæ aut Gloriæ illud bon
sit, tecum incomparabiliter
collatum proportionem no
habet.

A tua admiranda & in
pendente Omnipotentia o
nia suum Esse, Posse, perfec
tiones & operandi virtutem or
ni momento accipiunt, nequ
quantumvis præstantia sin
aut quamcunq; longo temp
re durent, etiam post vnam
ita dicam) æternitatē mindu
te dependent, quam prim
existentiæ suæ instanti.

Omnis pulchritudinis de
cor,

in u^m cor, omnes divitiae, omnis sa-
ura pientia, sanctitas omnis, etiam
alissimorum cæli Seraphino-
rum, tecum magno D e o
nostro comparata, minima-
gutta respectu immensi Ocea-
ni, aut arenula respectu totius
Mundi, & minus quam nihil
respectu tui est; maior enim
proportio invenitur inter ni-
hilum & Mundum, quam inter
Mundum & divinam tuam.
Majestatem, cum possis Omni-
potentiam tuam ex nihilo Mundum
creare, non item ex infinites
licet multiplicatis Mundis per-
venire ad faciendum D e u m ali-
quem, imo nec ad creandam
vel unam divinarum tuarum,

64

que

44 *Colloquium II.*
quæ infinitæ sunt, perfeclio
num.

Quod si ulterius comparari
instituo creaturarum propri-
tates cum tuis longè præsta-
tissimis maximèq; sublimib;
perfectionibus, ah! mi Deu-
quàm illicò etiam nomen su-
perdunt & evadunt qualitat-
sibiipsis oppositæ. Ita Angelo-
rum quoque pulchritudo cu-
infinitis tuis, æternis, immu-
tabilibus & optimis perfeclio-
nibus collata, turpitudo su-
immundities, eorundē abun-
dantia, egestas; sapientia, igno-
rancia; sanctitas defecibus pla-
na; & perfectio deniq; imper-
fecta dici potest.

Quid

Quid agam igitur, mi magne
Deus vereq; Monarcha? non
ignoro, quod, sicuti omne Esse
creatum tibi comparatum ni-
hil est, ita si omnem amorem,
admirationem, gaudium, om-
nésque pios coeli terræque in-
colarum affectus haberē, mi-
nimū quodpiam tributum
esset, quod infinita tuæ Excel-
lentia ac Dignitati persolve-
rem: nihilominus, quia non
tam consideras quid Dignitas
tua postulet, quam quantum
nobis facultas & voluntas no-
stra concedat, ideo omnibus
gaudijs & congratulationibus,
quæ unquam extiterunt, exi-
stunt, & per omnem æterni-

C s tatem

tatem extitunt sunt, non solum
in Sanctis tuis, sed etiam in Te
ipso, Beatissimâ Trinitate
Deo meo, congaudeo, unquam
in iis mihi complaceo, tibi
tecum congratulor divinum
tuum Esse undeque inde
pendens, optimum, maximus
Gaudeo insuper cuncta à te
dependere, nec quidquam
quod à te non dependeat, ex
stere posse.

Gaudeo Deum me habentem
Creatorem meum, & Patrem
in quo omnia bona ad eum
nenter perfecta, æterna & ini
mata sunt, ut sine ulla suidimi
nutione dei Esse omnibus cre
aturis, tantâ prærogativâ, ut
omnis

omnis creata pulchritudo, abundantia ac bonitas in comparatione illiusene nominari quidem digna sit.

O quām abundē desideriam votūque meum expletur, quod videam te propter istos aliosque titulos infinitē Excel- lentiæ tuz dignissimum esse, cui amor obsequium & obedi- entia deferatur ab omnibus creaturis cum infinitis affe- ctiuum & reverentiæ gradibus, si quidem tot ac tantorum ca- paces essent. Et licet univer- sus Mundus te non diligit pro debito suo, meoque desiderio, amant te tamen ingenti cum charitatis affectu, magnoque

C 6 nume-

numero plurimi servorum tuorum in Ecclesia Militante, Purgante, & Triumphante existentium, unà simul associantes & offerentes superseraphicos ardores charitatis, quâ anima Christi & B. Virginis Mariae infinitam tuam Majestatem prosequitur; quod mihi meritò ingentem animi voluptatem affert.

Illud tamen, quod plenissimè me recreat ac consolatur, est ò mi amabilissime Deus quòd sciam, te, sicut ab eterno cognovisti comprehensione perfectissimâ infinitam Bonitatem & Amabilitatem tuâ, ac tali modo nunc quoque cognosco.

cognoscis & per omnem æternitatem cognitus es, ita etiam te ipsum Summum Bonum infinito jubilo & Beatitudinis tuae plenitudine, ab æterno, amasse, amare, & æternum. amaturum esse absque omni actualis amoris infinitesimilitudini, tuæq; Amabilitati & Perfectioni æqualis, cessatione.

O mihi semper dilecta, ô infinita mea Bonitas, Amabilitas, Amate, Amans, & Amor ipse! poterōne unquam aliud amare præter te ô pulcherrimum! ditissimum! sanctissimum! Summum & immortale Bonum meum? non, non fiet mi Deus, non fiet: jam nunc pro semper

C 7 renun-

50 *Colloquium II.*

renuntio omnibus alijs præter.
quam D e o meo, neque aliud
peto cogitationum mearum,
memoriæ & affectuum obie-
ctum, quām hoc Summum
Bonum meum.

Valere mundanæ volupta-
tes, valere delectationes sen-
soales, valeto quidquid non
est magnus D e v s meus. Ali-
quando amavi vos (sed heu me
quantum desipui! utinam non
amâssem!) dum ignoravi quā-
tum Bonum esset D e v s meus;
nunc verò postquā scio, quām
eximum Bonum sit Summum
Bonum meum, ecce totum me
ad illud convertor. Ah! chara-
mea pulchritudo infinita, sero

10

te cognovi, serò te amavi, fa-
teor; sed nunc saltem totum
me tibi dono, totum consecro,
obsecrans, ne me permittas es-
se mē aut alterius, sed solum-
modò tuum. O Deus! utinam
cor omnium creaturarum ha-
berem ad faciendū superama-
bilissimæ Bonitati tuæ amoris
sacrificium! Tu Domine, qui
potes, sparge incendia charita-
tis tuæ supra totum Mundum,
ut omnes eo, quo decet, tui fla-
grant amore. Ad me quod at-
tinget, liberâ promptâque men-
te propono conformiter san-
ctissimæ tuæ voluntati, me vel-
le deinceps practicè conside-
rare has creatureas tuas, maxi-
mè

52 *Colloquium II.*

mè sensu præditas, quasi open
manuum tuarum, quasi radios
Solis nostri invisibilis, qua
guttas immensi pelagi abscon
ditorum bonorum tuorum,
quasi viles quisquiliæ & reli
quias æternorum cœli bonorum
ad nos ab illa Paradisi aula de
missas, quasi ad detinenda
tantisper bestias in hoc mundi
septo conclusas; ut modicæ illæ
pulchritudo & bonitas re
bus hisce sensibilibus indita
accendat desiderium meum
videndi, amandi & percipien
di bona illa æterna, quæ sunt
in te D E O meo abscondita,
imò quæ tu ipse es, cui sit glo
ria sempiterna. Amen.

PRAXIS

PRAXIS PER DIEM
ADHIBENDA.

S i videris rem aliquam pulchritudine suâ decoram, convergens illicè considerationis oculum fidei & naturalis rationis lumine animatum, ad DEVUM tuum presentem dic: O mi Deus! si umbra tantillæ pulchritudinis ex commixtione paucorum colorum resaltans in subiecto marcescente & malè redolente adeò delectat sensusque afficit, quantum animæ spiritualis & eternum duraturæ afficiet pulchritudo consistens in divinis Virtutib[us], quæ splendore suo & admirabili gratiâ ipsius-

54 *Praxis per diem*
ipiusmet Gratiae divine illi
reddunt amabilem & oce-
nsim gratiam? Præterea (quod
magis advertendum est) quan-
tis ac quanta erit in te; ô Su-
ma Pulchritudo & Fons omni-
pulchritudinis! sola illa & in-
tra Pulchritudo? Tibi ergo
mi Deus! sit gloria, tibi lu-
amor, tibi gaudium sit sem-
ternum. Amen.

Si cibum aliquem dulcem p-
etas, si delicate vocis sonum in-
cantandum percipis, die: Ha-
me! si delicatus cibi huius (q-
uia tantum ex innumeris dul-
cissimis creaturis est) sapor
eò gratus accidit gustui, qui
non fieret, si omnium ciborum

dulci-

dulcedinem solus contineret?
& si dulcedo ciborum (quæ
qualitas solum accidentalis
est, rei paucis post diebus in-
putredinem abituræ, quæque
porcis ac canibus communis
est) adeò bona ac suavis vide-
tur; ah anima mea ! quinam
sapores & suavitates illæ erunt,
quos D E V S destillat in cor-
quod amat, quod virtutem,
gratiam, internas D E I visita-
tiones, imò D E V M ipsius per
gratiam & gloriam degustat?—
Si una solummodo vocula, si
sonus unicus (qui denique exi-
guum quid aëris est, quique
exiguo artificio ab aperie ho-
minis ore, vel rostro volucris,

aut

16 *Praxis per diem*

aut agitatione fidium ex in om
stinis vel ære confeccarū, al isti
ve simili modo formatur) i Sol
rapit per autes animum, q per
modo non rapiet animam re
Etiam Angelosque Beatos Di
Felicitatis, Harmoniarum So
longè gratiorum jucunditat
quas non tantum pro se, sed
pro Electis suis in se contin
Ita est anima mea, ita est
Virtutem ergo, ad cælum,
DEVM contendere.

*Afficiens Solem, die: O
Deus! o verus Sol meu
quā longè splendidior, am
nior & pulchrior est facies tu
quæ illuminat, vivificat & be
tificat Paradisum! magis a
omnis*

ex in omnis creatura , quām radij
rū, al isti à suo sole dependent. O
tur) Sol meus ! fac , ut semper tibi
m, q per contemplationem & amo-
ham rem sim unitus , sicut radij isti
os Du quoad Esse suum naturale huic
arum Soli sunt conjuncti. Amen.

Si forte aurum , argentum ,
gimmas, opulentas uestes, palatia
& quidquid pretiosum sive divi-
tiarum nomine à mundo insignitur
(licet reipsa & in substantiâ suâ
nihil nisi terra & in nihilum sum
reditura sine) si inquam eiusmodi
pretiosa conspicis, confer illa cum
bonis supernaturalibus ac aeternis,
compara cum inestimabili valore
& pretio ipsius Esse divini . & ad-
verteens infinitam distaniam San-
ctâ

58 *Praxis per diem adib.*
Etâ quadam impulsus nauis infid
fastidio dic cum Seraphica anima
S. Ignatij Lojole anima: Eh tâm
quàm sordet terra, dum Cenit
lum aspicio! O Deus, quâr res,
indigna res est, terrena ista secundu
aliâ, quâm contempnus causas
respicere, cùm possim intencion
amare, aspirare ad Cælum, quo
ad Deum?

INDVSTRIA III

Petitionis.

Tertiū, quod nos compul
prerumpere in varios i
Etus humilitatis propriæ, comp
sionis erga alios, orationu
Deum presentem. & invocatio
sanctorum, est, quod videamus

Industria III.

59

ausi insidijs vita tam corporis quam
hica anima expositos, obcessos à tot
: Et tamque continuis inimicis inter-
am Cnis & externis, quales sunt dole-
qua res, aegritudines, fames, sitis, per-
a illa seclusiones, calumnia, dubitatio-
s caus nes & animi perplexitates, tenta-
intue tiones, quodq; pejus est, peccata
lum, quotidiana, & universim vel boni
habendi indigentia, vel necessitas
III sufferendi mali in nostra aut ami-
corum personā. Deum bonum! &
non poteris, ô anima mea! in tantā
miseriarum, necessitatum & peri-
culorum congerie descendere per
considerationem, confessionem &
humilitatem in tuum nihilum &
paupertatem, implorando con-
tinuis votis & precibus cœlestis au-
xilium?

COL-

COLLOQUIVM III

OSapientissime Deus! mirabilis quidem es in omnibus actionibus & intentionibus tuis, sed in adinventionibus tuis, animas nostras corda nostra ad te attrahens omnem excedis admirationem. Quis unquam crederet, hoc ipsum, quod nos homines in mari quodam miseriarum, gestatis, dolorū, infirmitatē, persecutionum & tentationum quibus nos ab hominibus & dæmonibus affligi permisisti, constitueris, Inventum esse Amoris ingeniosum, & potenterissimos stimulos, quibus no-

ad te recurrere compellis? ita
est, Deus meus! Ego, licet se-
tor, revereor auream virgam
tuam, quae nos percutit, & ad-
oro aciem amantis gladij tui;
quoniam nos feris; tua enim inten-
tio ac desiderium est, ut a tua
Justitia vulnerati recurramus
ad tuam, quae saucios sanabit,
Misericordiam; percussi a tua
manu, ad cortuum, quod nos
amplexabitur, properemus;
persecutionem passi a malitia
hominum, praesidium & asylum
queramus in bonitate & pro-
tectione divinâ; tentati a re-
bellibus Angelis, quoniam citius
nos in inferni abyssum præci-
pitent, angelorum fidelium.

D im-

62 *Colloquium III.*

implo tetus subsidium, quod
nos in Paradisum sublevem
deniq; nostrâ culpâ lapsi, ut
PECCAVI, dolenti & seriò co
dis affectu prolate, cum gra
tuam quoque reparamus an
citiam.

Præterea mala proximorum
à mirabili tua sapientia facta
sunt quasi scala Electis tuis, q
ad te condescendant ad exto
quendos pro se de manibus tu
liberalissimis sempérque ap
tis thesauros gratiæ, amoris
humilitatis; liberationis ver
& subsidij pro sublevandis
liorum necessitatibus, dum al
fectu charitatis & misericordi
afflictos, eorumque afflictiones

tibi commendant, gratiam im-
petrant & auxilium, judicia-
tu in castigando extimescunt,
amant misericordiam in exau-
diendo.

Exempli igitur horum ser-
vorum tuorum, ipsosq; imitan-
di desiderio permotus, & quia
hæc est sanctissima tua volun-
tas juxta ac beneplacitum,
commendo tibi (ô Pater mise-
ricordiarum) omnes miserias
& miseros, quicunque tuæ sunt
capaces gratiæ. Da, ô mi Deus !
his qui te offendunt veniam
peccatorum suorum, mihi ma-
xime, qui horum omnium pri-
mus sum; & unà cum remissis
offensis conjunge plenariam.

D 2 pana-

64 *Colloquium III.*

pænarum pro ijs debitum
indulgentiam, concedens in
super nobis gratiam efficacem
tuæ misericordiæ cooperandam
ut per veram pœnitentiam de
leamus de libro Iustitiae
debitorum nostrorum ratio
nes.

O magna liberator noster
eripe de manibus hostium no
strorum infernalium armis
cessant tentationes & insultus
inimicorum invisibilium
aut saltem non perveniant
vulnerandos nos sub scutis
protectionis tuæ receptos. D
auxilium, ô Domine, quo ge
nerosè eradicemus consuetu
dines pravas, quæ nos deorsum
per

Colloquium III. 65

pertrahunt, & curâ pervagilii
assiduè moderemur effrenes
passiones nostras, malas filias
pessimi parentis, peccati sci-
licet.

Mi Deus commando tibi
omnes, qui doloribus aut in-
firmitatibus corporis, afflicti-
onibus aut miserijs animi, pau-
pertate aut vitæ incommodis,
aliisque necessitatibus & ma-
lis facti miseriores, tuæ quo-
que commiserationis & auxi-
lii præ alijs sunt indigentiores.
Commando insuper in sum-
mo extremi agonis periculo
constitutos; animas insuper
in atrocissimis pungatorij ter-
mentis detentas & duplii ig-

D 3 nc

66 *Colloquium III.*

ne ardentes, vno amoris ac hil
siderij Te vldendi, altero pa
næ purgantis. Commendo rog
am urgentissimam Hæretic
rum & Gentilium necessitate vis
qui vel maximè divinâ tua Vi
lustratione egerat, ut à vita on
sum errorumque suorum u
nebris liberentur, implorant lib
ipsimet pietatē Bonitatis tua
& ego libellum supplicem pro
imperanda gratia & auxiliu
tibi, ô æterne Pater! sanguine
filij tui scriptum offero, ut
vel ex tua misericordia illorū
beres, aut, quia justitiâ val
rum & efficacissimæ mortis
plùs quam dignissimi filij tu
satisfactum, intuitu huius m

I. **Colloquium III.** 67
is acce*hi* benigne concedas, quidquid
ero pro me aliisque suppliciter
ndo*rogo*.

eretio Deniq; à Te mihi aliisq; ser-
effitai vis tuis humillimè peto omne
à tua Virtutis & Gratiæ augmentū,
à vita omnem in divino tuo servitio
rum perfectionē & perseverantiā, ut
liberati à malis culpæ & pœnæ
pleni donis tuis cò pertinga-
mus, ut toti tui simus ater-
num, tibique conjuncti, qui es
Summum Bonum, summáque
Felicitas. Amen.

PRAXIS PER DIEM VSVRPANDA.

V Niversim omnis necessitas,
quam sentis in anima vel
D 4 corpore

68 **P**raxis per diem
corpore, quam vides vel scias
pati, vel ut à malo liberetur, in
bonum aliquod consequatur, in
inquam talis necessitas eorum
tibi aperiat ad petendum à Deo
tuo præsentissimo remedium in
liumque, qui solus te potest, O
exaudire absque alterius opti-
opera, atque, pro conditione dif-
fidente ad recipiendas gratias, in-
tuit earum petitionem. Petite
accipietis.

*In particulari vero quamen-
que tentationem, distractionem
motum animæ vel corporis vel
contrarium sentias, confessim fa-
cialicum affectu recurre ad tu-
m pro parentem spirituale, Di-
tum præsenciam, O dic ei; De-*

in adjutorium meum intende,
Domine ad adjuvandum me
festina. Domine vim patior,
responde pro me; auxiliare
Domine, succurre mi D^eus.
Domine & Pater mi, morivo-
lo, sed te non offendere. Si sen-
tis corpus tuum aut scis alterius
corpus male dispositum, dic: Do-
mine mi, libera me aut patien-
tiam largire, & meritum in
doloris parientia.

Si iter, negotium, aliave actio
per difficultis peragenda sit, dic:
Mi D^eus, Magister & Pater
omnipotens, illumina me, ut
cognoscam illud, quod maxi-
mè expedit, & juva me efficaci-
ter illud perficere, removens,

D^s que

70 Praxis per diem usurp.
quæ me ab illius executionis
impedire possunt. DE

Hoc solum adverte, gratiam potest
auxilium à DEO petendum plenius
non tantum semel aut in principio ut i
sed frequenter & constanter, moe
pius repetendo, durante talis omnime
vel necessitate, petitionem spir
tamen ad DEV M. velut pre fere
tem Patrem, facienda est. glo
exp me

INDVSTRIA IV. Præsentia Dei.

Q Varta Industria supponit
veritatem aliquā tam
tam fidei & rationis naturalis ut
mine. quām certum est DEV in
in omni perfectione esse infinitus
& præsenti in omnibus rebus. m

surp.
utionis & personis. Est autem hac:
DEVM tuum cum tota essentie,
atiam potentia & sapientiae sue infinita
et plenitudine ita tibi praesentem esse,
ut infinitas perfectiore quodam
modo in te sit, tisque penetreret, &
talius omnes creaturas materiales &
spirituales, quam ignis ferrum in
fornace ignitum, aut lux vitreum
globum in aere suspensum, & Soli
exposum, vel aqua spongiam in
meio maris posnam, siue calor
manum calefaciam. & anima
corpus animatum. Hoc supposito,
conditio & obligatio tua requireret
attantacum visione operationum
intellectus & affectuum volunta-
tis DEO tuo praesenti, qui est Ani-
ma anima tua, te conjungeres,
quam

72 *Industria IV.*

quām arcto continuoq; vīni voce
corps anima tue copulatur. Alio min-
ra, reverere, ama, gratia age,
ad virium propè defectum, torne
te inspende sanctæ conversatio-
em in intimo tibi Patre tuo. O omni-
Bono, immo ipso Esse tui Esse; &
forte te ipsum separe subinde, on-
lūm q; ad externas creaturas in-
vertas, tunc lumen quod affici-
ignis qui te calefacit, aqua que
malefacit, anima, cuius vīni
moveris, in memoriam tibi re-
cantes naturalem subiectum.
suorum penetrationem, suggeri-
simul ac excitent memoriam Di-
tui in te, supra, infra & circa
existentis; voluntati vero effeta
adorationis, gaudij, &c. lingua

Yosie

vix vocem landis & benedictionis sub-
ministrent.

COLLOQVIVM IV.

Vnde quaque inexcusabilis
sum, ô immense & præ-
sentissime Deus, si non totus
tuus, tibiique semper conjun-
ctus sim. Quantumcunque
pulchra, dives, prudens, a-
mans, qualecunque bonum sit
aut possideat adamata aliqua
creatura, non potest tamen
amans illam semper presentem
habere multò minus sibi uni-
tam & intrinsecam, cum limi-
tatio & sphæra multùm restri-
cta ipsius Esse, posse & operari
creati necessario cogat longis-

E

simè

74 *Colloquium IV.*

Si mē sāpē ab oculo, & corde
amantis separari.

Sed tu (mi DEVS) in thesa-
ro infinitarum tuarum perfe-
ctionum unam, eāmque adi-
cendendum in cordibus no-
stris amantibus charitatis ig-
nōtiū aptissimam possides, Imma-
nitatem scilicet, quā in omni-
bus rerum ac personarum pa-
tibus interioribus & essentia-
bus, cum tota divinā Majes-
tis tuā substantiā, Opulentia
Potentia, Sapientia, Pulchri-
tudine, omnīque Bonitate, q-
oculis Beatorum in cælo aper-
eōsdem per omnem æterni-
tem felicissimos reddet, prae-
seatē te constituit.

Tu in quâvis creatura tuâ
existis quasi anima animæ &
quasi Esse ipsius Esse. Ita intra
illam, illaque intrate est, sicut
infantulus in utero Matris for-
matus, nutritus, gestatus, &
maternis visceribus circum-
datus.

Tu in creaturis tuis materia-
libus in terra existens ita ope-
raris, dans illis, quæ sensibiles
sunt, actuale ipsarum Esse; om-
nibus, licet in tot Mundi par-
tibus multùm distantes sint,
semper intrinsecus & unitus,
ut eodem tempore in anima-
bus nostris præsens opereris
opera spiritualia, admiranda,
illuminando videlicet intelle-

E 2 Clum,

76 *Colloquium IV.*

etum, movendo voluntatem,
sanctificando & recreando ju-
stas, castigando & mortifica-
do ingratas animas ; imo
dem temporis momento in in-
ferno punis rebelles Spiritus
quo in cælo præmiaris fidei
servos tuos , omnibus semper
immutabili stabilitate praeser-
tissimus per Essentiam, Potest
tiam ac Operationem tuam
actu semper cognoscens, qui
sit, possit, cogitet, ac operetur
omnis creatura, absq; eo quo
efficere possis, quod minus per
essentiam tuam infinitam u-
omni re existas, & opereris di-
stincteque cognoscas & con-
prehendas , quidquid in illis
reperitur.

O mi magne De^rs, fierine
potest, ut, sicut magnes vici-
nus ferro illud ad se attrahit,
tu, in quo omnis attractiva ani-
marum vis est, plus quam ter-
reum cor meum tibi non uni-
as? Heu me! & non timeo,
revereor, & adoro infinitam
Dei præsentis Maiestatem?
non me delectat, non recreat
nec confortat omne bonum,
quod mecum & intra me est?
& non conversor sine inter-
missione, pleno cum affectu &
teneritudine cum Patre meo,
vero amico meo, cum indivi-
duo mihi socio, cum sponso
meo amantissimo? itane pos-
sibile est, ut in oculis Dei

E 3 sem-

78 *Colloquium IV.*

semper apertis, & ad obli-
vandas tam internas quāme-
ternas actiones meas inten-
associatāmq; habentibus me-
num (quæ semper vel bona
adnotat, tempore suo Be-
atitudinē justos adjudicato-
vel mala, ut reos in inferni-
yssum præcipitet) non me
omni etiā minimā labe, mul-
dum conservem, & bonis op-
ribus abundem, cùm adeo
citus sim ac præsens sum
Bono, ita sanctitatem ipsius
& summam Bonitatem in
me teneam ?

Ah ! mi Deus, quem ador
in me, circa me & in omni le-
co præsentem, ignosce ha-
me

meæ tam temerariæ animæ,
quòd non solum te non sit re-
verita, nec amaverit, tenendo
oculos in fidei lumine defixos
versùs te D E V M suum præten-
tem, (sicut Angeli tui id agunt
gloriæ lumine elevate) sed
turpiter & impudenter te
præsentem offenderit. Tibi, ti-
bi soli peccavi, & malum co-
ram te feci; nunc tuæ me to-
tum committo misericordiæ
tam propinquæ ac præsenti,
quàm propinquus es Tu; Con-
fissus, illum, qui me sinu vivifi-
co immensæ charitatis suæ ad-
eò constanter complectitur,
condonaturum quoque, erro-
rem in se quidē gravem, sed à

E 4

DEO

80 *Colloquium IV.*

D E O p r æ s e n t e c o n d o n a t u
c i l e m .

Converte (mi Devs) ob
vionem meam detua praef
tia, meā que erga te obligati
ne, in perpetuam quandam
cordationem tanti thesau
qualis est habere secum ipsa
Paradisi pulchritudinē & b
nitatē, conservando in in
juge exercitium amoris, sœ
orū, erga tantum & Summū
Bonum ; gaudij de tantā
perfectione, meāque felicitate;
fiduciæ de obtinendofu
re gratiarum tuarum, qua
cum imò mecum gestas, or
las clargiaris; virtutis & la
titatis coram Domino sanct
cām

Colloquium IV.

81

tatis & virtutum, qui tu es, mi-
Devs, semper intrinsecus &
præsens mihi, omnib[us]q[ue]; crea-
turis; cui sit laus, amor, con-
gratulatio, gratiarum actio, &
omnis vno intellectus & vo-
luntatis meæ, omniūmque
animatorum ac spirituum tuorū
in sæcula sæculorum. Amen.

**PRAXIS PER DIEM
USURPANDA.**

VIdens ignem, aut ei aſidens
dic: O mi Devs, te ado-
ro magis mihi internū, quām
hic ignis sit ferro aut ligno; O
Devs, succende me tuo sancto
amore, & transforma me totū
in te per veram virtutū tuarū
imitationē, E s Vi-

Videns aut tangens aquam riu
O Domine, agnosco & fau
me posatum in tuâ immensi
te, sicut pescem aut spongi
in medio maris. O Summe
Bonum meum, vivam ego
te & de sancto amore tuo,
icut pescis in aqua. *Videns*
cem, dic : O Deus, verum
men, quod tenebras nesci
tuo Esse magis penetras
mam & corpus nostrum, qui
lumen hoc materiale hunc
rem; O sol meus iustitia, il
mina me, ut semper plus co
noscant te; accende me, ut
plius semper amore tui in
descam.

Cum videris, aut considera

uam
ris teipſum vel alium hominem,
& fate-
dio: O D E V S , anima animæ
mæ, infinites perfectius in-
mundo & quâvis eius parte
existis, quam anima hæc in-
corpore iſto, & quovis illius
membro; invisibilis es, ſed
omnibus illius partibus præ-
ſens, & operans in omnibus.
O mi chare D E V S , maneam,
ego spirituali vinculo tibet
ſemper unitus, ſicut corpus cum
anima nexu naturali, dum vi-
vit. Amen.

Interdiu Divinitatem D E I
tui, inviſibiliter quidem, reipsa
tamen, in omnibus rebus, que ſen-
ſibuntur obijciuntur, & ſub illa-
rum accidentibus que ſub ſenſu

E 6 cadunt,

84 Praxis per diem &c.
cadunt, perfectius, quam sit
substantia, presentem adora-
ferè modo, quo adoras Sanctissi-
mam Humanitatem, subducant
quidem oculis corporeis, substa-
nialiter tamen sub omnibus con-
cretis hostijs, sacrisq; illarum
sensibilibus speciebus presentem
atque ita totus Mundus amplius
in templi loco tibi erit, in quo
mensum DEVM tuum adorari
precisque tuas ad illum fundi-
potes. O quanta ribi felicitas in-
nasceretur si sic commodum in
promovere staderes, & ha-
praxi frequenter uti-
reris.



INDVSTRIA V.

Conformatatis.

Quinta industria, filia precedentis est, si enim DEUS noster omnibus creaturis intimè presens est, ipsaq; impertit omnibus, ut sint, possint, ac operentur. Et hoc quidem agit propositio altissimo fine maioris glorie sua Et commodi tui (presentim si illius amorem in te procures) consequens est, omnia quaecunque tibi aliisque in bonis animæ vel corporis vel fortune eveniunt (prospera sint fave adversa) tanquam de manu Dei tui presentis practice accipienda esse, cum magna gratiarum actione Et voluntatis tuae cuncta di-

E 7

vina

vina conformitate , non alii
quam si divino suo ore tibi loquen-
tem audiōes (charissime fili mi-
ego Pater tuus, qui infinita si-
pientia meā, quod tibi aliisque
conducentius est, optimè per-
spicio ; & quia infinito amor
vos prosequor , ideo hoc tibi
aliisque servis meis evenire vo-
lo : ego hoc vel illud tibi vel
alteri evenire volui , aut per-
misī, tu ergo convenienter tua
obligationi cogita, hæc omni-
eße bona imò optima , & de-
meo beneplacito, meāque vo-
luntate gaude, &c.) atque ita
fieri non poterit, quin in illa man-
sueti lobī verba prorumpas: sicut
Domino placuit, ita factum

est.

est. Sit nomen Domini bene-
dicum. Non sicut ego volo,
sed sicut tu, fiat voluntus tua!

COLLOQVIUM V.

Domine, tu tantæ Bonita-
tis es, ut mediante quâ-
dam continuâ pacis tranquil-
litate cordisque hilaritate vel-
les me ad cælum promovere,
&, ut ita dicam, mediante
quodam semiparadiso gratiæ
& meritorum promanantium
ex semper jucundissimâ con-
formitate animæ cum divinâ
tuâ voluntate, me cuperes in-
Paradisum gloriæ tuæ pertra-
here; & ego ita amens sum, ut
potius eligam veram internâ
quie-

quietem magnâ cum meriti
eturâ perdere, non respicien
sanctam manum tuam, qu
nos percutit aut sanat, qu
largitur aut tollit, quâm utr
verenter versus illam me incl
nans, cámque exosciantur cu
lætitia animi mei me totû
dam charitati, quam illa m
çtat ac offert,

Ita est Domine, ita est, tua
æterno omnia futura ac pos
sibilia prævidens, per sapienti
sima decreta tua non solum
præfixisti creaturis tuis (pr
æfertim ratione præditis, ut po
te amoris ac fruitionis divina
maiestatis tuæ capacibus) de
terminatos fines, verùm etiam
media

media proportionata, quibus
ad eos perducerentur, ordinâ-
ti, licet multūm forsitan ab
exili & curtā intellectūs nostri
perspicaciā remota.

Tu in creato hoc Mundi Uni-
verso, velut principiūm omnis
existentiæ & operationis crea-
turarum tuarum exequeris æ-
terna tua decreta, non solūm
immediatè operando id, quod
omnes creaturæ tuæ operantur
(excepto peccato, quod, sicut
essentialiter malum, ita impos-
sibile est à summo & essentiali
Bono provenire) in seipsis &
erga alias, sed admirabili quâ-
dam & inscrutabili sapientiâ
dirigens omnia, per media vi-
ásque

ásque diversas ad fines su
semper ad maiorem tuam gl
riam scilicet, nostrumq; co
modum (si ex parte nostra
desimus) quia infinitæ Pot
tiæ, Sapientiæ ac Bonitati
ita congruum ac convenie
est.

Sed heu me infelicem! c
quia ea, quæ facis, non semp
regulis & dictaminibus ca
ignorantia meæ, amorisq;
proprij, & rerum mundanae
concordant, tam citò omni
dispositio tua displicet,
quod scilicet sensibus & co
moditatibus meis non favet.
Si febris me adoritur, si dol
me pungit, si commodum a
quo

quod temporale in bonis for-
tunæ aut honoris speratum nō
advenit, aut ubi advenit, de-
nuò aufertur, si vel verbum
paulò asperius ad aures per-
tingit meas, tunc duplici mo-
do affligor, dolore scilicet cor-
poris, & animi mœrore; nec
mirum; siquidem instar canis
à projecto lapide percussi to-
tum me ad saxum converto,
non ad manum nec ad cor re-
spiciens, quod omnia in me,
aliisque operatur, quódque tu
es præsentissimus & amantissi-
mus Pater, mi Deus, qui eo-
dem ardentissimæ tuæ chari-
tatis igne tela æqualiter paras,
quibus feris & castigas nos fi-
lios

lios tuos, simûlque cibos pr
paras ac condis , quibus no
large reficis.

Ineamus ergò , O mi Deus
& amormeus, nova inter noi
pacta ; Tu ignosce mihi (quod
spero) plurimos errores meos
quos commisi tantis cum
impensis afflictionis animi
meritorum jacturā, dum no
agnovi notitiā practicā om
nia, prospera & adversa, de
tua, quæ errare non novit
semper amante ac paterna Pro
videntia, mihi vel alijs immil
fa ; & ego setiò & animis
propono cum gratia tua dein
ceps acceptare quasi donum
manus & charitatis tuæ, quid
quid

quid eveniet, licet asperum sit
& appetitui meo contrarium,
probè sciens, nec matrem,,
quando filium ablactat, nec
chirurgum, dum membrum,
putridum in firmo resecat, pro-
pterea ab amando cessare.

Volo (mi Deus) ut mea
voluntas tua sit, ut quidquid
tu vis, ego velim, nec aliud
velle possim, quam quod tu
vis, meam voluntatem in tuam
transformando.

Sit cælum serenum aut tur-
bidū, aër tranquillus aut ven-
tis concitatus, terra sterilis aut
fœcunda, messis modica aut
abundans, mare quietum aut
tempestuosum; regna pace
quieta,

quieta, aut bello turbulentia
denique sive prospera sive ad
versa mihi vel alijs contingat
omnia mihi placere & accepta
esse volo, quia omnia facta tu
data sunt à divina tua manu
permissa & directa ab Infinito.
Sapientia, quæ ab æterno pri
expendit, quam ea faceret,
daret...

Sive sanum sive infirmum
me velis, contentus sum; si
pauperem sive divitem, in utro
que acquiesco, si doloribus op
presum, afflictum, benedicta
sint dolores, benedicta affi
ctiones; si mortuum quoque
me velis, & hoc volo, & ideo
solum, quia tu hoc vis; si con
solas

bulentia solationibus me recreabis ;
a sive ad summa mea consolatio erit,
tingant quod illas a te accipiam ; si vi-
tam dabis, amo beneplacitum
a facta tuum in illa mihi concedendâ,
ua manu & si mortuum in cælum quo-
Infini que recipies, volo, ut Summa
erno pri gloriæ meæ in eo consistat ,
ceret, quod tu hoc velis ; quod tibi
hoc placeat,

O mi Deus summa & vera
regula omnis rectæ voluntatis,
da mihi gratiam, ut una cum
omnibus creaturis tuis totum
me proijcam in sinum plu-
quam maternum, amantissi-
mæ tuæ Providentiæ, ut id so-
lum velim, quod tu vis, & quia
illud vis, ut, sicut omne malum
meum

meum non aliud fuit, quam co-
quidam recessus & separation
tua optima voluntate, sic on-
ne futurum bonum meum
satisfactio pro malis præteri-
consistat deinceps ac inventi-
tur in perfectissimâ vnioni
cum divina tua voluntate.
particulari nunc accepto m-
bulationem N. N. quâ ad pa-
nienda peccata mea, ad ex-
cendam patientiam, humili-
tem & conformitatem con-
divino tuo beneplacito, mi-
affligis, & etiam N. N. amico
meum, orans atque obsecra-
te, ut me adjuves, aut in-
movenda, ex parte mea, mi-
causâ, peccatis scilicet, aurio
collis.

colligendis inde ijs virtutum
fructibus, quos desideras.

PRAXIS PER DIEM, &c.

IN omnibus rebus, quæ tibi vel
alijs eveniunt, quas vides, an-
dis, vel legis (solo peccato ex-
cepto) assuefce practicè, confessim,
(quasi oculis D E U M præsen-
tem hæc vel illa jubentem intuitu
effes) dicere: Domine, fiat vo-
luntas tua: aut cum Iobo: Sicut
Dominus placuit, ita factū est,
Dominus dedit, sit nomen Do-
mini benedictum: aut cum Heli:
Dominus est, quod bonum est
in oculis suis, faciat: vel: sit er-
go D E V S benedictus, qui hoc
voluit, laudetur Dominus, si-

F ne

98 Praxis per diem, &c.
ne quo non factū est istud
Ita quoque dices, quando aliquis
domi frangitur aut destruuntur
quando infirmitate aut morte
corripitur aliquis ex charis in
quando negotium, lis, opus
labor non eum, quem optabat
exitum sortitur; quando possit
hibitam omnem debitam diligen-
tiam, orationes, aut alia spiritu-
lia exercitia non bene succedunt
in modo quando nec te in spiritu
desiderabas, proficere, nec
quos volebas emendari, aut per-
fectiores evadere animadver-
sus. In his aliisq; similibus casib;
multa animi pace, conforma-
voluntati Domini DEI, à qua
mediante dependent omnes sive p

sperisive adversi eventus sive animam sive corpus concernentes (exceptio sola peccato) conformiter inscrutabilium quidem, sed admirandis & justis ipsius judicijs.

INDVSTRIA VI.

Puræ Intentionis.

Sexta est, quod, sicut ratio dicit, omne bonum, & quidquid tu alijque accepisti, accipitis, & accepturi estis, tanquam beneficium ac donum à presenti D E O tuo, tanquam summo Principio profectū practicè agnoscendū esse (ut supra dictum est) ita eadem ratio postulet, ut ad ipsum tanquam summum ac ultimum finem dirigas, illiisque offe-

ras per manum S. Angeli tui id, quod es, omnem facultatem actionem tuam, adjungens plura virtutum motiva, & plures intendens fines; simul desiderans plura. & frequentius agere vel pati. Maxime autem sub initium, medium, vel finem tuarum operationum dic animitūs: Mi De bonum meum præsentissimi ad maius beneplacitum & gloriam tuam hoc agam: Tū quia hoc dignus es, cùm sis infinitum bonum, cum operisti meipsum quoque donutinam sic simul offerre & dare possem omnium, qui te non amant, cor- da!

COLLO.

COLLOQVIVM VI.

Pro tempore Matutino.

D Omine Deus præsentissime, & amantissime Pater mi, in unione meritorum Domini mei IESV CHRISTI, Sanctissimæ Virginis, & omnium Sanctorum, pereorundē & S. Angeli mei custodis manum, & omnium creaturarum nomine, non solūm pro nunc, sed pro omni æternitate quantum in me est, maiori, quo possum, affectu, & modo, quæ scis meliorem tibiq; acceptiorē esse, offero Divinæ Maiestati tuae omnia mea verba, cogitationes, & opera, hodie &

F 3 toto

102. *Colloquium VI.*

toto meæ vitæ tempore per-
genda, insuper me ipsum ad
tum, præcipue verò oratione
sacrum, officium diurnum ho-
vnà cum alijs spiritualibus
exercitijs, functiones omnes
& quidquid egero pro ratione
officij mei, comestionem, ne
creationem, & ipsum etiam
sonnum, cum intentione

Primò, placendi tibi soli
quia ob infinitam tuam boni-
tatem & perfectionem digna-
es.

2. Quia sic spero, me, p
infinitam tuam bonitatem
amorem, & fidelitatē, obtu-
turum gratiam & gloriam.

3. Quia credo, te hīc p
sentem

e pen sentem esse, posse, & velle au-
dire me, & exaudire.

4. Quia ipsis actionibus te
honorare, tibiique servire cu-
pido, velut meo primo Princi-
pio, & ultimo fini.

5. Quia sic imitari intendo
meum & tuum IESVM, ô æter-
ne Pater, Sanctissimamq; Vir-
ginem, & omnes sanctos tuos.

6. Quia hoc modo resarci-
re desidero oblivionem ingra-
titudinem, & injurias, quibus
ego cum alijs peccatoribus te
offendimus.

7. Quia hoc requirit obli-
gatio gratitudinis pro tuo a-
more, ac beneficijs mihi, aliis-
que exhibitis.

F 4

8. Quia

8. Quia bene operando evitare
dare cupio poenas Purgatoriū tuā
multò magis Inferni.

9. Ut actiones meæ justæ &
bonaque exempla adficiant pro
proximum, illique vel vivo
mortuo prosint.

10. Propter bonum, quo quod
in rem publicam Christianas ali
aut Religiosam, cuius mem
brum sum, inde resultat.

11. Quia operibus virtutis
mereri volo à te Deo mea pe
nitentiam & gloriam.

12. Ut impetrem à tua li
ralissimâ manu auxilium &
vorem in meam & aliorum ru
utilitatem.

13. Quia talimodo pro pec
cata.

71. *Colloquium VI.* 105
ndo em peccatis meis debita Iustitiæ
rgator tuæ satisfacere desidero.

14. Quia sic obedio, mi Deus
æ just & Domine, Tibi, sanctis que
lificem præceptis & regulis tuis.

15. Ut hâc monetâ operum
virtuosorū solvam debita, ad
n, quæ vel Iustitia vel Fidelitas
stianæ alijs præstanta me obligat.

16. Ut subijciam me divinæ
tat. tuæ Maiestati velot indignissi-
; virtum, & egentissimū propter
meog peccata mea.

17. Quia sanctè operando
reprimere, & vincere volo in-
ordinatum passionum mea-
rum difficultates.

18. Ut labore & exercitio
corporis & animæ impediam,

F s aut

106 *Colloquium VI.*

aut vincam motus & cogitationes castitati contrarias,

19. Quia hoc dicitat prudentia, ut quamdiu bona valetudo, & tempus conetur, bene operer, m^eque virtutum exercitio strenue eram.

20. Quia honestati, nique conforme est, ut vintes exerceam.

Denique hæc ipsa præcedentia motiva virtutum, proprie^m quæ operationes meas per me intendeo, omnia offero, tibi amabilissimo & Summo Bono meo complaceam. adjuvame, ut cum gratia tua incipiam, prosequar & finiessemus.

omnes operationes meas ad
maiorem tuam gloriam. Amen.

PRAXIS PER DIEM

AD initium præcipue alicuius
actionis interdiu exercendæ,
toto cordis affectu dic:

Mi DEVS præsentissime, mo-
do quo possum optimo, hoc
opus tibi offero

Primò, ut placeam tibit an-
quam summo & superamabi-
lissimo Bono, in quod credo
& spero.

2. Ut gratias referam amo-
ri & beneficijs tuis, nobis om-
nibus exhibitis.

3. In satisfactionem pecca-
torum meorum & debitum
ipsis pœnarum. 4. Ut

103 Praxis per diem.

4. Ut merear & impetrari
gratiam & virtutem, gloriam
& omne bonum.

5. Ut imiter Iesum, Mi-
riam, & Sanctos. Et propria
illa motiva denique, propria
que manè tibi omnes opera-
tiones meas obtuli. Amen
Actiones nostras &c.

INTER OPERANDV

Quando occupatus es regi-
piam peragendâ, præser-
qua longioris more, aut qua
ciosa est, quæ comodum vel de-
lectationem parit; vel quando
teris aliquam distractionem, u-
tentationem vanitatis, vanacio-
placentie, vel alterius vitiis.

tivi, confestim oculo fidei Domi-
num DEUM præsentem aspici-
ens sapius repepe: Ah mi Deus!
ad solam tuam gloriam; Do-
mine, ut tibi solum placeam.
Amantissime Pater nulli alij,
præterquam tibi. Gloria Patri,
& Filio, & Spiritui sancto. Glo-
ria tibi Domine, qui natus es
de Virgine &c.

IN FINE OPERVM.

D Vos ad minimum elicias
actus virtutum erga Deum
tuum, qui præsens te in per-
ficiendo hoc vel illo opere adjuvit;
Primum, gratiarum actionis, di-
cendo: DEO gratias. Laus DEO;
Benedictus sit Deus meus, qui
G adju-

110 **P**raxis per diem.
adjuvit me in hec opere ex
quendo. Secundum, contritu
er detestationis defectum in
Etis operationibus commissorum
dicendo: Dimitte mihi Dom
ne, quidquid contra te oper
Peccavi Domine, miserere
si velis utrumq; hunc adiun
conjugere, dic eo spiritu, quo
etia Mater tua Ecclesia profe
Tu autem Domine miserere
nobis; Deo gratias.

**ADMONITIO NOT
TV DIGNA.**

Commendo tibi praxim
exercitij magis quam ca
cunque alterius, ut poten
tè utiliorem, magisque necessari

præ alijs, quas adhibere potes. Et
prater multas rationes, que ad-
duci possent, & forsitan alia oc-
casione adducuntur, vel maximè
illæ observanda est, quod scilicet
operationes tue, etiam adiaphore,
naturales, quales sunt come-
dere, recreare se, dormire &c. si
ad otium & finem supernatu-
ralē dirigis omnes nō tantum redi-
tandus sancte & meritoriae (si
tamen in gratiâ sis constitutus) sed
etiam tot distincta merita acqui-
ras, quæ motiva, & fines virtutis
erunt, propter quos operari, & in
ordine ad quos actiones tuas diri-
gis. & sic una eademque operatio,
exempli gratia, dare elemosynam,
orare, jejunare, &c. tantum pro-

G 2 derit

112 **P**raxis per diem.
derit tibi, & tantum illa merita
ris apud D E V M, justum in-
cens, quantum meritus fuisti
tot distinctos actus virtutum
enisses, quae bona motiva &
tentiones eidem operationi pro-
gis, & ideo pro primâ tuâ me-
tina intentione viginti motiva
versarum virtutum tibi propo-
quibus tamen, in aliquibus
actionibus, alia adjungi posse.

Quod si tibi lubeat scire
virtutum & motiva, quae simili
intentione longiore proposita
re, ea tibi nunc eodem oratione
ponam.

Prima, Charitas. 2. Spes. 3.
des. 4. Religio. 5. Imitatio
Eorum. 6. Pœnitentia, & Ze-
latus.

honoris Divini. 7. Gratitudo. 8.
Timor supernaturalis. 9. Charita
fraterna. 10. Pietas & Iustitia
legalis. 11 Meritum 12. Im-
petratio 13. Satisfactio vel Iusti-
tia vindicativa. 14. Obedientia.
15. Iustitia & Fidelitas. 16. Hu-
militas. 17. Fortitudo & Mortifi-
catio. 18. Castitas. 19. Pruden-
tia. 20. Virtus in genere.

Spiritualem igitur hanc adeo
fructuosam Alchimiā exerce, quæ
actiones tuas etiam indifferentes
tam pretiosas & multiplices effi-
cit; constanter supera omnem diffi-
cultatem, quæ in facienda sèp̄ias
per diem simili intentione occur-
rere posset, etiam si aliud exerci-
tium spirituale non faceres; &

114 *Industria VII.*

certus sis, quod valde divinitatis
meritis & consolatione in me
tuâ te reperturus sis. Crede hoc
exequere, ut DEVS ac Dominus
noster tibi, mihi, & omnibus
eacum & perseverantem gratiam
largiri dignetur. Amen.

INDUSTRIA VII.

Modi, omnia in spiritu
alem sensum convertendi

Septima est, ut ex perfectis
bus & proprietatibus crea-
rarum sensibilium, qua-
signis aut notis viam tibi aperiat
ad proprietates, & bona spiri-
tua in Deo tuo vel anima tua
niscata, quasi ad sanctas Con-
notas; atque ita ex aspectu al-

de divina
dinis, laudabis innocentiam &
one in misericordia puritatem Beatissime Virginis &
Crede hoc D.N.I E S V C H R I S T I . illamque
ac Domum desiderabis, & pro te precibus im-
petrare conaberis. Ex proprietati-
omnib[us] tem grata
tibus ignis, Solis, aliarumque rerum
nen. amabis & admiraberis illas om-
nium nostrum DEI perfectiones,
que per proprietates dictarum
creaturarum quasi per symbola sig-
nificantur. Quo usque ad hoc me-
dio ac via in humilitate proficere
cupis, cura, ut ex maculis, quas in
panno, vestibus, ac linteaminibus
confexeris. & ex fœditate, hor-
ror que cadaveris propriâ cum
confusione & horrore malos effe-
ctus colligas, quos peccatum ope-
ratur in anima tua. & aliorum;

G 4 &

& ita deinceps loquendo de ri-
quis.

COLLOQVIVM VI

SApientissime D^rvs noſte-
tu in creando & conſe-
vando ſenſibili mundo,
commodū hominum, talim-
do ordināsti res materiales
uſum corporis & ſenſuum
liuſ, ut ſimul ramen volu-
earum proprietates animab.
ſervire ſcalæ locò, per qua-
intellectu ad cognoscendum
voluntate ad amandum &
ſiderandum te Creatorem
ſuperperfectissimum, ad aman-
dos & honorandos Sancti-
tuos, ad deſiderandas virtutis

Christi

Christianas ascenderent. Quapropter ego, ut me conformem
divinæ tuæ voluntati, in purissimâ nivis albedine, quasi in
symbolo, adoro, laudo & amo
innocentiam tuam omnis peccati expertem, & puritatem
ab omni imperfectione liberam: in ardentibus ignis flammis, benedico immensum ar-
dorem tuæ charitatis: in fer-
tilitate terræ, agnosco & ad-
miror beneficentiam tuæ libe-
ralissimæ creatricis, & conser-
vaticis manûs; in continuâ
aquarum de fonte scaturigine,
video & summè delector jugi
gratarum tuarum, quas crea-
turis tuis communicas, largi-

G 5 tione:

118 *Colloquium VII.*

tione: ex inseparabili radio
rum à sole fluentium conju-
unctione, quam facilem viam
mihi sterno ad confitendam
magnâ cum animi mei latini
omnivmodam omnis creaturæ
dependentiam ab independen-
tissimo tuo Esse. Fortitudo
Leonis, quâ alijs animantibus
excellit, tuam mihi refert om-
nipotentiam: Elephantis pru-
dentia, infinitam tuam mihi
repræsentat sapientiam; affi-
ctus tenerissimus gallinæ veri
pullos suos, infinitam tuam
erga creaturas tuas bonitatem
mihi demonstrat, pervigil cu-
stodia pastoris supra pecora
sua, paternam tuam supra ho-
mines

mines providentiam mihi denotat; & omnes denique creaturarum tuarum perfectiones, quasi vestigia & imagines tuæ me ducunt (dummodo duci velim) ad inveniendas atque amandas divinas virtutes & attributa tua, & perfectiones, inquit etiam Beatissimæ Virginis Dominæ nostræ, ac Sanctorū.

Relucet in rosâ inter spinas positâ suavitas & eminentia. MARIÆ, quam obtinet inter alias mulieres; in lilio puritas illius; in Stellis, Lunâ & Sole cognosco influxus gratiarum, pulchritudinem, & universitatem quandam beneficentię tantæ Dominæ: Aurora, ex

G 6

cuius

120 *Colloquium VII.*

cuius sinu fel nascitur, in me-
moriā mihi revocat Virgi-
nalem Maternitatem Matris
tuę, ô Verbum aeternum! neq;
ulla in Mundo creatura pul-
chra aut perfecta existit, quę
si eam oculo mentis conside-
rem, non mihi conducat du-
cta suarum proprietatum, ad
investigandum amabilissimas
maximeque admirandas dotes
MARIAE, que Miraculum Mi-
raculorum manuum tuarum
est.

Oro te insuper mi Deus,
ut gratiam mihi concedas,
quā adjuvante frequenter ab
his ipsis creatis perfectionibus
mentem meam elevem ad pe-
tendas

Colloquium VII.

121

tendas virtutes in illis adum-
bratas; propono, (ō mi libera-
lissime Largitor omnis boni)
me, si videro viorem herba-
rum, rogaturum à te veram
spem obtinendi auxilium, gra-
tiam & gloriam tuam, si vide-
ro albedinem, petiturum pu-
ritatem; si colorem rubrum,
institurum pro impetrandâ
charitate. Volo ut amplitudo
terræ, color cæruleus cæli, lu-
men Solis me excitent ad desi-
derandam magnanimitatem,
Paradisi desiderium, fidei &
gloriæ lumen. Verbo; cum di-
vino tuo auxilio ita mecum-
statuo & concludo, curaturum
me, ut omnes creaturæ tuæ

G 7

cum

cum perfectionibus suis dicto
modo in spiritualem sensum
conversis totum me rapiant in
amorem Pulchritudinum tua-
rum, aut Sanctorum tuorum,
vel virtutum; ut ita omnis re-
serviat ad meam salutem, &
tuam gloriam, fines scilicet
adæquatos, quos in creandis
ad meum servitium creaturis
tuis tibi proposuisti. Tu, o mi-
superdignissime Deus! adjuva
me efficaciter ex infinita tua
bonitate, in executione, perfe-
ctione & perseverantia. Amen.

PRAXIS PER DIEM.

Facile vides (nisi omnino ob-
cussis) in præcedente indi-
stria

Aria apertum thesaurum quendam infinitarum & valde diversarum precum (quas jaculatorias dicimus) per diem repetendarum, dum convertore potes perfectiones bonas, aut pulchras rerum creatarum in sensum spiritualem, approprians illas Domino DEO aut Beatae Virgini, aut Virtutibus; propriates vero vitięs aut fadas, peccato aut vitijs; immo si velis, poterit praxis a modo iste tibi servire pro instituendis longis meditationibus, prasertim in campis, vel in itinere, si vimirum proprietas creature alicuius (Ex: gr: Solis) intellectu tuo percarras, applicando easdem in sensu mystico Domino DEO, Beatae Virgini,

Virtuti-

124 Praxis per diem.

Virtutibus; additis proportionatis
affectionibus & convenientibus pro-
positis.

Præterea hic ipse modus res in
spiritualem sensum transferendi
si adhibeatur in pellendis distra-
ctionibus aut temptationibus, prelio-
sisimis. & multum utiles ac me-
ritorias tibi reddet aicias distra-
ctiones aut temptationes, & illi
quædam mirabilitera, quaeribmo-
cendi causâ dæmon in cor tuum
intorserat, in cor ipsius retorgue-
bis Si advertaste superbiâ temerati-
dic: O mi DEVS, adeò me san-
cte superbum efficias, ut nolim
aflamare nec amare quemqui
te inferiorem. Si vanæ gloriæ
temptatione pulsaris, dic: Domine

Te,

Praxis per diem. 125

Te, tibi, & à Te; hoc est: in operationibus meis Te solum requiro, non laudem; si tamē laudem velim, cupio Tibi illam attribui; & si laudem ab alijs desiderare debeam, à Te illam exopto. Si impura tentatio adoritur te, clama: O mi pulcherrime præsens D E V S, volo quidem voluptates, volo delectationes, sed quæ æternæ sunt, & animam delectant; O mi I E S V spōse dilectissime, te solum cupio, & non vasa steroris &c. Et ita ages in alijs temptationibus aut distinctionibus.

* *

I N.

INDVSTRIA VIII.
Eruendi ex malo bonum.

O Crava sit, ex veneno pro-
stans theriace pharmacum
extrahere, hoc est, ex tentationi-
bus, imperfectionibus & peccati-
tuis non solum continuos affectus
humilitatis, confusionis, recursus
ad Deum, & Sanctos in tuam
utilitatem desumere, verum etiam
ad gloriam DEI procurare inde
affectus congratulationis, laudis
amoris & gaudij, quod a cœlesti
Paradisi aula, & à Summo Bo-
no, D E O scilicet, longè absit om-
nis imperfectio naturalis & m-
ralis, quarum tamen nos sub celo
nimis magnam abundantiam
habemus.

COL.

VIII. COLLOQVIVM VIII.

O Mni^mo D^eus, & Domine mi^s, verissimum est,
quod diligentibus D^eVM omnia cooperentur in bonum,
hoe est, ijs, in quibus divini
amoris tui flamma ardet, omnia serviunt ad illam magis au-
gendam, quia non solūm di-
vitiae, pulchritudo, perfectio
& sanctitas creaturarum tua-
rum illuminant intellectum
meum, ad cognoscendum, &
voluntate meam inflammant
ad toto corde amandum te.
Summam Pulchritudinem, &
Summam Bonitatem, verūm
etiam paupertas, deformitas,
imper-

imperfectiones & ipsa etiam
pœnæ vel culpæ mala tuarum
creaturarum, nescio quo mo-
dō mihi cor in Paradisum ele-
vent, ad inveniendū & aman-
dum te, qui totus Pulchritudo
& Bonitas es.

Nos vero indigæ, exiles
creatüræ tuæ à Divina manu
tua accepimus quidem dono
datas quasdam dotes, pulchi-
tudinis videlicet, sapientiæ,
potentiæ, gratiæ, meriti, sed
conjunctas habemus quæ in-
dividuas socias tantas aetam-
magnas imperfectiones, ut
pauculæ illæ, ut ita dicam, scin-
tillæ bonorum aut sepeliantur
aut vix discerni possint irite-

tol

tot & tantas imperfectionum
tenebras, siquidem pulchritu-
do nostra corporea cum defor-
mitate & corruptione ; scien-
tia nostra cum falsitate & ig-
norantia ; potentia nostra
cum debilitate , & sanctitas
cum culpa conjuncta est.

Non ita, non ita in te, puris-
simum meum & optimum
Bonum, qui es, & in quo est
omnis perfectio sine ullius im-
perfectionis admixtione ; qua-
propter quantum possum &
scio, omnium creaturarum
nomine, vna cum Angelis &
sanctis tuis exulto, quod nec
habeas nee habere possis næ-
rum vnum in tua pulchritudi-
ne,

130 *Colloquium VIII.*

ne, indigentiam in tua opulenta, ignorantiam in tua sapientia, debilitatem in tua omnipotencia, defectum in tua sanctitate.

Tu à doloribus qui te affligant, immunis es, infirmitem, quæ te molesteret, non sentis, nec famem, quæ excruciet, nec sitim, quæ te accendat, neque lassitudinem, quæ debilitet, experiris; gaudeo, mi Deus, pacem tuam esse sine bello, quietem tuam sine perturbatione, felicitatem tuam sine timore, Monarchiam tuam sine necessitate, & vitam tuam sine metu mortis,

Amen igitur te superomni

de preci

o perfectissimum summum.
Bonum meū! non solum quia
in te est omne bonum omnīsq;
amabilitas, sed quia ab omni
imperfectione etiam minimā
liberes; damihi gratiam, ut
verè avellar ab omni eo, quod
tu non es, non solum quia exi-
guum & per breve, semperq; à
te dependens est, quod in cre-
aturis rationem boni habet,
sed etiam quia minima hæc
creaturarum bonitas ac pul-
chritudo mille imperfectioni-
bus, paupertatis, immunditi-
ei, infirmitatis, tentationum,
peccatorum & vitiorum insi-
citur.

Ah! mi magne Deus, &
quomo-

quomodo peccando potui ut
quam DEVM, solum, summum
& purum Bonum, permutare
cum Creatura, quæ minimum
quoddā ac imperfectissimum
bonum est? Utinam possem, mi
Domine, torrente lacrymarū,
imò sanguinis satisfacere pro
commisso intollerabili errori
meo, dum voluntariè (heu
me!) & indignissimè te Deum
meum præsentem, perfectissi
mum, & in oculis tuis averse
tus, imprudenter reieci, loco
tui eligendo, in superbia mei
paucula verba vanissimæ lau
dis, aut imaginarias qualdan
cogitationes mei existimatio
nem præferentes; in avaritii

met

tui un-
nnum
utare
nimum
timum
sem, mi
ymatū,
ere pro
erron
(hei
e Deum
fecili
aversa
i, loc
iā me
nā lau
ualdan
matio
avarit
me)

meā amando & fruendo mo-
dicā flavi aut albi luti portio-
ne, auro scilicet vel argento;
in meā lasciviā amplectendo
corpus plenum spurcitiā , &
stercore.

Domine, peccavi, & utinam
eo animo proferre possem ,
quo sanctus David protulit ,
peccavi ; sed bonitas tua, quæ
misericors & patiens fuit in
continenda terra, ne dehis-
cens iter mihi ad infernum
aperiret, michare D E V S, ea-
dem bonitas tua misericordiā
suam ostendat in danda venia
(sicut spero) & da mihi insu-
per pro auxilio digne tuā cha-
ritate , gratiam conversandi

H (sicut

134 *Colloquium VIII.*

(sicut propono) eo modo in-
ter creaturas tuas, ut illarum
perfectiones me extollant
amandas infinitas & origi-
les perfectiones tuas, illarum
verò imperfectiones affection-
a me & ipsis avellant, quòd
lum totum transferre possis
in te omnis bonis Centrum,
men.

PRAXIS PER DIEM.

Si obvium habueris aut via-
ris quendam claudum, caco-
sordidum, vulneribus, &
gis obsitum, agrum, defun-
tum ad Deum tuum praef-
tem eleva, ET dic: O mihi
Pater, gaudeo te non claudu-

III.

Praxiu per diem. 139
ut sordidum esse, &c. sed pul-
illarum chertimum, &c. laudent &
llant ament te omnes creaturæ, &
originæ ego cum illis.

Si verbum aliquod minus de-
tens aut immoderatum audis, si
tibi de alterius peccato aut vitio
consistat, si legendo tibi innotescat.
niorum malum, dic cum quodam
cordis affectu! Non ita tu Deus
meus, qui nec habes, nec potes
habere, dicere aut facere pec-
catum vel malū quodcunque;
Deus sis in æternum bene-
dictus.

Verè D E V M meum amabo
minimè malum, minimè im-
mundum, minimè imperfeciū;
neque me, neque alios misce-

H 2 rables,

136 *Praxis per diem.*

rabiles, pauperculos, immun-
dos, vitiosos & ad malum sem-
per proclives quidquam cura-
bo. Ah bonum meum! adju-
va me, ut diligam te, & mor-
tificem me.

INDVSTRIA IX.

Laudandi opera DEI

Nona est, ut si forte audiu-
alys, aut in libris sacra scri-
ptura, vel Sanctorum Historian
legis dicta vel facta DEI no[n]
aut Sanctorum, auditioni &
Eliioni tali conjurgas voluntu
plena affectuum, laudis, bene-
dictionis, congratulationis, amo-
ris, & existimationis, de tanto di-

CAM

mmun. tam magno D E O habitæ, gratias
um sem. illi agendo ob gratias servis suis
m cun. præfitas, & per sanctos suos col-
latas, quibus factum est, ut ita lau-
dabiliter dicerent, agerent, & pa-
tentur, desiderando etiam ut il-
larum tu quoq; particeps fias.

IX.
COLLOQVIVM IX.

S Apientissime & semper
summè admirande D E V S
noster, qui ad stabiliter
conservandas, & perpetuò ho-
minum memoriæ ingeneran-
das operationes tuas, servo-
rumque tuorum, voluisti eas
in historias & libros referri, te
adoro & gratias ago, quòd isto
medio, quasi per traduces, mihi

H 3 ad

ad manus suppeditaveris ab.
undantissimam quandam spi.
ritualem fodinam, ex qua (si
velim) eruere possum ac de.
beo aurum perfectissimi amo.
ris tui , considerans quam
grandia, sancta, & perfecta
operatus sis , per te ipsum &
perservos tuos in illis ipsis, au.
in alijs creaturis.

O mi magne creator! &
quomodo fieri poterit, ut te
non admirer, laudem, timeam
& amem, dum video te ita po.
tentem esse, ut ad sonum unius
(FIAT) à tuâ voluntate profe.
ctum, ex sinu nihili, in quo ab
eterno substiterat, prodierit
hæc Terra, hæc Luna, hic Sol
& hic Mundus?

O mi chare Conservator! quomodo non referam tibi gratias & benedicam te summo cum animi gaudio, dum lego tam admirandâ te sapien- tiâ & bonitate præditum esse & excellere, ut omni momen- to conservare pergas omnes res creatas tantâ cum depen- dentiâ nostrâ à te, quasi conti- nuò nos primùm conderes.

O mi dulcis Protector! cur non semper fiduciam meam in te ponam, ubi intelligo, quod sub umbrâ alarum tuarum tot servos tuos in veteri testamen- to, & omnem populum tuum à plurimis eorum hostibus vi- sibilibus & invisibilibus defen-

H 4 deris,

deris, & inter brachia, plus
quam paterna, protectionis
tuæ, ringente licet inferno in
interitum ipsius conjurato ho-
sto, perduxeris ad possidendum
terrestrem Paradisum regionis
lacry & melle manantis, abun-
dantissimæ & deliciofissimæ.

O mi juste Vindex! quis te
non timebit aut non con-
miserit ad rigorosissima, sed
exactissima judicia tua, dum
videt modicam titubationem
in Moyse & Aarone vita lucen-
dam fuisse; indulgentiam uni-
cam nimis teneram erga filiorum
morte patris & filiorum ab
Heli pensandam fuisse; unicui
contactum Arcæ, unicum ali-

quan.

quantum inconsideratum &
curiosum obtutum, materiam
sufficieniem fuisse justitiae tuæ
ad ferendam sententiam & in-
ferendam mortem, Ozæ &
Bethsamitis?

O mi dulcissime Redemptor,
Magister, Pastor, Amor & Vi-
ta! quomodo me non totum
impendam amori ac servitio
tuo? quomodo non satagam
totus tuus esse? dum lego te
pro me infantem vagisse in
præsepio; adultum docuisse
ore & manu tam securum ad
cælum iter; in morte tuâ sol-
visse sanguine & vita debitum
peccatorum meorum; & post
mortem, cum corpore, sanguis-

H 5 ne

ne & anima tua omnes thesauros gratiæ largiendo, simul obtulisse nobis thesauros gloriaræ.

O mi sapientissime Sandificator! quomodo non oblupescam & laudabo mirabilis vias, quas ingressa est Sapientia tua ad liberandos servos tuos & Sanctos à commissi peccatis, ad præservandos eos ab imminentibus culpis, at eosdem sanctificandos perhiciendosq; in tuo servitio? Miracula ab illis patrata tuam prædicant Omnipotentiā, peccatores conversi tuam manifestant Bonitatē, omnes actiones creaturarum, etiam pri-

telli.

thesau-
simul
ros glo-
teritarum, ijs, qui aures au-
diendi habent, clamant & in-
culcant obſtupescendas tuas
perfectiones.

Sandī.
obſtu-
irabili
Sapien-
servor
nmissi
dos eon
is, ad
perh.
o? Mi-
tuam
á, pec-
mani.
actio.
n pro.
ter.
Propter hæc omnia ego quo-
que nunc & semper, toto tum
cordis mei affectu, te laudo, ti-
bigratias ago, te admiror, &
amo, ſimulque propono, dein-
cepſ cum tuo auxilio ita lege-
re ſacras aut profanas histo-
rias, ut ſimul procurare velim
oculo ſpiritus videre, & affe-
ctu revereri, atque exſculari
ſanctam manum tuam adeo
mirabilium operum operatri-
cem, in iplis amando amorem
tuum; confidendo in tua Mi-
ſericordia illis impressâ; ad-
mirando

144 *Praxis per diem.*

mirando Sapientiam tuam illa
dirigente; & adorando Maiestatem
tuam manifeste in illis
actionibus resplendentem.

PRAXIS PER DIEM

Quando audies conciones, in
quibus exempla, miracula
& gesta Christi & Sanctorum re-
censentur; sive quando tempore
sacri, maximè ex Epistolis &
Evangelio legi audies insigne ali-
quod factum Christi, aut alicuius
sancti, auditis adjunge affectus
dicens: Laus tibi, mi Deus, qui
hoc operatus es; laus tibi Christe;
Gloria tibi Domine; Be-
neditus Deus in Sanctis suis.

*Si inter legendum historiam
aliquam*

Praxis per diem. 145

aliquam sacram aut profanam-
occurrat factū aliquod eximium,
quādam Domini previdentia sin-
gularis, quādam DEI castigatio,
obtenta aliqua victoria &c. sub-
sistit aliquantum, & agnoscens om-
nia hæc à manu DEI effecta fuisse.
lauda illum, gratias illi age, ad-
mirare, time, ama illum, proue-
nimirum casus vel actio illa exi-
get. Et hæc historiarum lectio mag-
na tibi emolumenta pariet: non
enim decet legere ad curiositatem
tantum pascendam, sed ad pro-
curandam edificationem
propriam & alio-
rum.

• 6 (†) 90

I INDV.

INDVSTRIA X.

Agnoscendi Dominum
Deum nostrum per signa.

Decima est, si forte desig-
obtutum in picturas, na-
tuas, nomina scripta
impressa, representantia, aut sig-
nificantia Dominum DEVM.
Sanctos, confessum converte-
cum affectu admirationis, laudi-
amoris, orationis, imitationis
inveniendū per hæc signa Repra-
sentatum aut Significatum; & ha-
ipsum est, quod potissimum inter-
dit sancta Mater nostra Ecclesi-
a ipsé DEVS, Pater noster, in
suis sacrarum Imag-
num.

COLLO.

COLLOQVIVM X.

Benedicta sit Sapientia &
 Charitas tua , O magne
 DEVS animarum nostra-
 rum. Non sufficit tibi creare
 nos ad imaginem , & similitu-
 dinem tuam , ut te, licet alio-
 quin invisibilem, certo modo
 oculis fidei in anima nostra in-
 tueremur, quasi Prototypon in
 desumptâ inde effigie ; neque
 satis tibi fuit efficere omnes
 creaturas materiales, tanquam
 vestigia, & delineationes per-
 fectionum, & Excellentiæ tuæ,
 nisi docuisses quoque (ut no-
 stro cognoscendi modo re ac-
 commodares) invenire exter-

I 2

nas

nas figuræ, picturæ, statuæ & signa, quæ per oculos & sensim sus nostro intellectui representarent essentiam & sublimes perfectiones Divinæ Majestatis tuæ, nostramque voluntatem excitarent ad adorationem, reverentiam & amorem perfectionis tuæ

O mi Deus! quam circuimus
quam brutus animus meus fui
in aspiciendo hactenus oculis
corporeis signa & figuræ, subsistens in contemplando cori-
ce, ad medullam vero & animam illarum, Te scilicet pri-
cipale Significatum, non penetrans? Domine, reum in-
fateor de errore isto duplici-

tatus duplii inquam, partim quia
& sensim animali affectu adhæsi
repr. ad externa, quod non debebā;
subli. partim quia non quæsivi, &
Maj. ideò non inveni Te primum
volu. Principium meum in tuis Ima-
oratio. ginibus, quod tamen facere
orem debuisse.

Adoro te igitur, ô Summum
Bonum meū! in omnibus ima-
ginibus tuis, agnoscens Te in-
illis quasi primum ac princi-
pale Significatum, desiderans
mediantibus illis, & in ipsis
omni adoratione, reverentiâ
& obsequio colere, quô Divi-
nam Maiestatem tuam omnes
servi tui coluerunt, colunt, &
culti sunt; imò omne obse-
quiū

15 *Colloquium X.*

quiū deferre, quod ab omnibus creaturis alteri cuiuscunque creaturæ deferetur: ador in insuper in imaginibus servorum tuorum hos ipsos tuos, & in Electis tuis te Deum meum, michare Deus, in quod semper ultimatō cupio terminali reverentiam & amorem meum, tanquam in ultimō summo omnium rerum fine.

Instrue me & adjuva me frequentibus & efficacibus illuminationibus tuis, & dагratiā, ut, sicut propono, praticè agnoscam te, & sanctos tuos in visibilibus imaginibus tuis; ut aliquando, postquam in terra te amavi in creatori

non

ab omni amplius in speculis istis
operum tuorum te videam, sed
intuear, cognosam, & amen.
Te in teipso, & omnia creata
in tua Essentia, perfectissimo
omnis boni Exemplari. Amen.

PRAXIS PER DIEM.

PRAXIS hæc facilis est. Incep-
tus per urbem, intrans Ec-
clesiam, si ibi videoas imagines
DEI Domini nostri, exhibe actum
quendam externum adorationis,
detegendo vel inclinando caput;
quem tamen actum externum ani-
mari oportet alio actu interno, di-
cendo simul, serio cum cordis af-
ficiu: Te adoro mi Devs, sic
benedictus: in te credo, spero,

I 4 te

152 Praxis per diem.

te amo: Ad imagines Salvato-
ris dic: Adoramus te Christe
& Benedicimus tibi, &c. IESU
SIS mihi I E S V S! Ante imagines
B. Virginis dic: Ave M A R I A
Ave Maris stella, Salve Regine
&c. Ante imagines Sanctorum
dic: Sancte N. ora pro nobis.
In Breviario tuo aut officio fac,
habeas aliquot, imo plures devotae
imagines, &c., si eas ad initium of-
ficij vel psalmi explexeris, adores illas
licet & preceris Sanctum in illa
repräsentatum. In loco, ubi laba-
ras, vel oras, eodem modo tibi pra-
visum sit, ad colligendum exinde
antē dictum fructum; muliere
quoque rem bonam præstabunt, si
fueris pulvinaribus aut telarijs, in
quibus

lvato quibus labores suos conficiunt affi-
riste xam & oculis expositam habeant
I ES V devotam aliquam imaginem, ut
agine facile se Sanctis ibi depictis com-
RIA mendare possint, adorando illas,
egimi varias gratias ab ijs exorando of-
rum ferendo per manus illorum D E O
nobis opus aut laborem suum. Denique,
fac dummodo velis, tot imagines I ES V
levoto & MARIAE habebis, quot viros,
um of quot feminas videbis, & quan-
tores illi nobiliores, ditiones, formosiores,
in illi virtuosiores erunt, tanto magis, ad
ibi lab vivum, I ES V M & T M A R I A M ex-
exindu priment; quod si igitur videris in-
sulien fantem fascijs involutum aut sinu
bunt, si matris gestatum, dic: O I E S V,
ijs, in sis benedictus ex illo tempore,
quo jacuisti in sinu præsepij, &

I 5

Bea-

154 *Praxis per diem.*

Beatissimæ Virginis Matri
tuæ, te adoro & amo, &c. Vi-
dens mulierem aliquam (quam
tamen ex proposito & curiositate
non oportet aspicere) cor tuum ad
Mariam eleva, et dic: Ave
MARIA gratiâ plena, ora pro
nobis sancta Dñi genitrix; O
hic erit commodus modus prau-
niendi, & in principio statim vi-
cendi tentationes sensuales.

INDVSTRIA XI.

Seriæ Applicationis sui in
exercitijs spiritualibus.

VNdecima est, inter orandum,
meditandum, legendum &
tempore sumenda S. Eucharistia
aliorumq. spiritualium exerciti.

Matris rum, quæ instituit scum Patrem tuum,
c. VI. DEO præsente, vel sanctissimam
quam Virgine, velut Matre tua, tota ad
iustitiam observandum audiendumq; in-
tenta, vel cum sanctis, maximè
Ave Angelo tuo custode, eà animi te-
neritudine, eà mentis applicatione,
ix; O variorum affectuum (prout sci-
licet præsens materia, & S. Spi-
ritus impulsus exigent) dævotione
conversari, qualem dilectus filius
cum patre aut matre præsente, aut
amicus fidelis & frater cum alio
conversans præferre solet.

COLLOQVIVM XI.

D Omine, Charitas tua in-
finita voluit cœlestis au-
le negotia, & Beatorū Civium

I 6 actio-

actiones in Sanctâ quoque Ecclesiâ tuâ exerceri, ut ijs, quo possemus meliori modo, & ad tui Sanctorumque tuorum imitationem perficiendis intenti, evaderemus (etiam antequam cœlum ingredieremur) semibeati: & tamen nos insensati propriâ nostrâ culpâ ex istis sanctis actionibus procēdendo nobis alio quam charitatis igne materiam paramus.

In meditationibus, & operationibus anima familiariter agit tecum benignissimo Deo meo; inter legendum verò spiritualia, tu cum anima colloqueris, doctrinâ ad Spiritus prof.

profectum, ad Cœlum ducen-
te illam imbuens. Per Augu-
stissimum Altaris Sacramen-
tum te ipsum cum anima mira-
bili unione coniungis, dando
tuum corpus, sanguinē & ani-
mam, ut anima nostra tota ti-
bidonetur, & uniatur per ve-
rum amorem, & omnium illa-
rum rerum, quæ tu Deus meus
non es, nec ad te ducunt, con-
temptum & fugam. Per usum
etiam aliorum Sacramento-
rum potissimum tuarum gra-
tiarum partem in animam no-
stram effundis, illam ad te at-
trahendi causâ.

Sed (ô me miserum !) Deus
& Domine mihi, in tantâ thesau-

I 7 rorum

158 *Colloquium XI.*

rorum spiritualium abundan-
tiā quām inops remansi pro-
priā meā negligentiā ? quām
densā glacie constrictus in me-
dio istarum flamarum ? Nec
mirum; non adverteram scili-
cet, Te præsentem sanctorum
eiusmodi exercitiorum specta-
torem , apertis semper oculis
actiones & intentiones nostras
cōsiderare, Te, attentā semper
aure & animo, oris ac cordis
nostrī verba percipere.

Peccavi, mi Deus, peccavi,
errorē fateor, offerens, in sig-
num detestationis & satisfa-
ctionis loco, arctiores illas, qui-
bus tibi conjunguntur & æter-
nū devincki erunt chariores
elecdi

Electi tui, gratiæ, charitatis &
gloriae Uniones.

Video, in Sanctis eiusmodi
exercitijs oportere me totum
in te Deo meo præsente absor-
ptum esse; &, sicet in terrâ
existentem, tam remorum ta-
men mente & affectu à rebus
terrenis tecum commorari,
quam remoti sunt in cælo Bea-
ti, toti in te contemplando ac
amando defixi, Mundi & sui-
iporum penitus obliti.

Vnicè curabo, mi Pater im-
mense, conversari tecum tan-
quam filius, qui vel de nocte,
vel cæcus loquitur cum suo pa-
tre; loquar eum Sanctissimâ
Virgine, tanquam cum matre
dilectis.

160 *Colloquium XI.*

dilectissimam, cum Patronis meum
agam tanquam cum fratribus Char-
meis natu maioribus; & cum (M.)
Angelo meo custode, tanquam rever-
discipulus cum Magistro diligas-
to; qui omnes possunt, scimus Virg-
& volunt adjuvare me; implicant
trent ergo mihi à te omnis bene-
ni fonte gratiam, sicut rego endu-
spero. Amen.

PARXIS PER DIEM

Assue ad initium exercitii exte-
rum tuorum spiritualium te
meminisse, te, cum DEO tuo con-
versantem, non colloqui aut con-
versari cum Idolis Gentilium, quae
nec vident, nec audiunt, sed Deum
vivum te presentem habere, tibi
peccata.

nis mecum infinitâ suâ Maiestate &
ratrib Charitate attentissimum, ut illam
& cum (Maiestatem scilicet) timeas ac
in qua reverearis, in Charitate vero con-
tudo dildidas. Memineris Beatissimam
scium Virginem & sanctos cœli cives,
implicet oculis corporeis tibi non visos,
intendit intentos tamen stare ad te respici-
rogendum & audiendum quotiescum-
que auxilij impetrandi gratia ad
illos reeurreris, illosq; invocabis.

DIEI
In tuis precibus conjunge cum
vercere externâ verborum prolatione in-
salutis tekeclius attentionem, voluntatisq;
D EO presenti Patri placere cu-
pientis affectum, alioquin oratio
tua reipsa distractio erit, & quod
virtutis nomen emereri debebat,
peccati labem contrahet. Quod
ad

162 *Praxis per diem.*

ad locum attinet, facienda effortio in separato, à consortio hominī loco. Tempus però congruum erit matutinū aut vespertinum. Mīdus in ea servandus optimus est silentē fiat; ut constans sit, nec est eam singulis diebus perseveranter instituere; fructuosa etiam quantum attinet ad erubendos afflitos & proposita quādam postulationem executioni mandanda; hæc omnia ab initio orationis Dominum DEV M regabis, ut concideret dignetur, in fine verū veniam petes commissorum defectum,

Deq; ob acceptas ab eo gratias te gratum exhibebis.

IN.

INDUSTRIA XII.

Habendi localem memo-
riam DEI.

Dodecima est, ut non minus promptus sis in excogitando. Modo sepius recordandi de DEO, illumque amandi, quam sint industrij vani & stulti mortales inveniendis modis illorum recordandi aut illa amandi (ut modestius loquar) quae minimè deberent. Cura igitur, ut varios habeas memorias voluntatisq; tua, ad frequentandos sanctos affectus, excitatores: Ligadigitum aliquē, brachii, aut aliam corporis partem ligulā, cingulo cilicino aut ferreā catenulā; affige vel suspende

in

IN.

in vestis aut corporis tui partibus,
quas necesse est sapientia attredare,
rem aliquam, in quam certius in-
ter contingendum te offendas am-
impingas. Scribe elegantem quen-
dam animi sensum aut sententiam
ad hoc propositum appositam. (Ex-
gr: Deus est hic, Deus videt
nos.) in loco patentiore cubiculi
oratori, aut officinae tue. Deni-
que varijs sanctis inventionibus
Amanti proprijs, tibi ipsi necesse
tatem quandam impone sapienti-
cordandi DEI tui, & per fu-
quentem talem memoriam devo-
tis affectibus in medium Par-
disi, & in Cor ipsius Dei
avolandi.

COL.

COLLOQV1VM XII.

O mi amabilissime Deūs!
Amor verē peritissimus
& summus Magister est; sub
eius disciplina quid non addi-
scitur? clare hoc nobis demon-
strasti, O mi summe amantium
Princeps, & Amor noster, qui
omnem infinitam Sapientiam
tuam impendisti in invenien-
dis, Omnipotentiam vero in
implendis Adinventionibus
tuā charitate dignis, quibus
nobis Dilectis tuis faveres, &
salutem nostram, tuæ Bonitati
adeò amatam, procurares.

Te imitati sunt, O veri amo-
ris Idea! tot servi tui, tuo amo-
re

reabsorpti, qui omne temp
vitæ suæ, omnes corporis
animæ potentias impendem
in excogitandis in ille lauda
libus modis gratam tui fove
di memoriam, te amandi,
serviendi, in continuâ quad
sui tecum unione, cor suum
te convertendi, magnetis
star polum suum respicien-

Solus ego, O amantissim
mi Domine, dum interim
bolus mundi amatoribus te
suppeditat media & artes,
animas illas perditas flam
terreni & lascivi amoris te
cendendas, dum Electi tui
modos excogitant animas
in se tui memoriam & amore

Divini

Divinæ Majestatis tuæ inflam-
mandi, solus ego, inquam, pijs
eiusmodi inventis destitutum
me reperio, quia tui amore me
vacuum experior.

O Devs, quid mihi prodest
exilis illa ingenij mei facultas,
si non allaboret invenire & se-
qui omnia vestigia & vias, qui-
bus ad tui cognitione & frui-
tionem pervenitur? Valla &
aggeres aquæ perrumpunt ob
innatam sibi inclinationem,
quâ ad sinum maris feruntur;
ignis è cavernis erumpit, vi-
āque sibi parat, durissima
metalla Fortalitia, & montes,
magna vi disrumpens ut cœlū
versus evolare queat; Ah mi

Devs!

Deus ! & ego, ut ad te Cent^{Pr}
meum, Mare, Cœlum, in
omne Bonum meum perven^{diem}
nec pedem moveo ? ^{Ariæ}
^{pressa}

Propono Domine ^{quam} indagⁿ,
varios modos & operâ reuⁿⁱ,
sensibilium uti, ut memoria ^{cand}
in me excitent, & affectu^{IM}
voluntatis, Divinæ tuæ ^{Ma} De
statis, Præsentia^e & Amo^{ta}
tui. Tu interius divinâ tuâ g^o
tiâ mihi opitulare, ut exteri^o
hæc iudicia optatum son^{at}
tur effectum, efficiendo se^{nt}
cet, ut te inveniam ultimum D^{Exa}
meum finem, in quo lumine ^{Te & o} Lu
gloriæ tuæ illustratus. Ne bonum tecum videam^{men}.

PRAE

Colloquium XII. 169

Praxis prædicē & industria per
diem adhibenda, in ipsis indu-
stria verbis antè jam fuit ex-
pressa, neque alia re opus est,
quam ut manum applies ope-
rari, Domini DEI auxilium invo-
cando, &c.

INDVSTRIA XIII.

De attributis & propri-
tatis Domini DEI de-
sumptis ex Sacra
Scriptura.

Prima Classis.

De natura ipsius DEI.

Exod. 3. Actus purissimus.

1. ad Tim. 1. Beatus.

Luc. 18. Solus bonus &
Summus.

K. Psalm.

Prima

170 *Industria XIII.*

- Psalm. 49.* Speciosissimus.
Exod. 3. Esse à seipso,
Iob. 9. Fortissimus.
Dan. 3. Gloriosus.
1. Tim. 6. Immortalis.
AdHebr. 7. Innocens.
Isa. 57. Suprema Maiestas.
Psalm 101. Nobilissimus.
Tob. 13. Omnipotens.
Coloss. 1. Omnis res.
Exod 33. Omne bonum,
Matth. 5. Perfectissimus.
Abacuc. 1. Purissimus.
Psalm. 91. Rectissimus.
Rom. 10. Dicitissimus.
Isa. 6. Sanctissimus.
Heb. 4. Sapientissimus,
Sap. 7. Simplicissimus,
Ioan. 4. Spiritualis.

Ioan.

John. 14. Veritas.

Psalm. 79. Virtus Summa.

Domi. 6. Unicus.

Secunda Classis.

De Quasi-circumstantijs

D E I.

Psalm. 56. Altissimus.

Psalm. 89. Aeternus.

Isa. 57. Excelsus,

Barnach. 3. Infinitus.

Ierem. 23. Immensus.

Malach. 3. Immutabilis.

Job. 36. Incorruptibilis.

Ierem. 32. Incprehensibilis.

Prov. 30. Ineffabillis.

1. Tim. 1. Invisibilis.

Job. 36. Incomparabilis.

Psalm. 94. Maximus.

K 2

Job. 2

172 *Industria XIII.*

- Job. 11.* Sublimis,
Ierem. 10. Sempiternus.
Ierem. 10. Semper vivens,

Tertia Clavis.

Deijs, quæ DEI in nos Declarant beneficia.

- Sap. 11.* Conservator.
Eccl. 18. Creator.
Sap. 9. Factor.
1. Reg. 2. Glorificator.
Psalm. 87. Liberator.
Psalm. 2. Noster totus,
Isa. 41. Principium.
Ioan. 3. Redemptor.
Hebr. 11. Remunerator.
Rom. 3. Sanctificator.
Osee. 13. Salvator.
2. Cor. 1. Suscitator.

Io

Ioan. 14. Vita.

us. Exod. 34. Vitor.

vens. Ierem. 51. Zelator.

Quarta Classis.

nos De Virtutibus Dei erga
ia.
nos.

Prov. 8. Affabilis.

Sap. 11. Amantissimus.

Apoc. 13. Benignus & pius,

Actor. 13. Beneficentissimus.

Isa. 4. Clementissimus.

Malach. 3. Constantissimus.

Psalm 39. Diligentissimus.

Rom. 8. Denostro tantum
lucro sollicitus.

Psalm. 30. Dulcissimus.

2. Tim 9. Fidelissimus.

K 3

Genes.

174	<i>Industria XIII.</i>
<i>Genes. 15.</i>	Finis. Beatitudo. Merces.
<i>Psalm. 10.</i>	Iustissimus.
<i>2. Petri. 3.</i>	Longanimis.
<i>Id ibidem.</i>	Magnanimus.
<i>Psalm. 85.</i>	Misericordissimu <i>m</i> .
<i>Eccl. 43.</i>	Magnificentiss <i>m</i> .
<i>Jerem. 7.</i>	Mansuetus.
<i>Psalm. 144.</i>	Patientissimus.
<i>Sapien. 12.</i>	Pax & pacificans.
<i>Jerem. 51.</i>	Prudentissimus.
<i>Sapien. 14.</i>	Providentissimus.
<i>Jacob. 1.</i>	Summa liberalita <i>t</i> .
<i>Psalm. 144.</i>	Suavissimus.
<i>Rom. 3.</i>	Veracissimus.

*Quinta Clas*s*is.*

*De varijs officijs, quæ D*omi*n*is* erga nos exerce*t*..*

Psalm

Industria XIII. 175

- Psalms. 69. Adiutor.
Iob. 15. Amicus fidelis.
Psalms. 47. Conductor.
Thren. 1. Consolator.
Mich. 4. Consiliarius.
Psalms. 16. Custos.
Judith. 6. Defensor.
Eccl. 15. Doctor.
Deut. 32. Dux & antesignan⁹.
Iob. 13. Exemplar.
Ierem. 2. Fons purissimus.
Matth. 23. Gallina sollicita.
Psalms. 49. Index.
Iob. 36. Legislator.
Iob. 1. Lux.
Iob. 13. Magister.
Sapient. 11. Medicus.
Isa. 49. Mater.
Isa. 66. Nutrix.

K 4 Matth.

176 *Industria XIII.*

Matth. 23. Pater optimus.
Matth. 23. Pastor.
Hebr. 46. Pontifex.
Genes. 15. Protector.
Apoc. 19. Rex Regum.
Psalm. 30. Refugium.
Esther. 13. Dominus absolut⁹.
Malach. 4. Sol Iustitiae.
Osea. 2. Sponsus amantissi-
mus.

Sapient. 10. Tutor.
Ioan. 15. Vitis vera.

Sexta Classis.

De Dignitate Domini

D E I.

Psalm. 71. Adorabilis.
Deut. 10. Amabilis.
Psalm. 92. Admirabilis.
Psalm.

Psalm. 92. Auctoritas suprema.

Marc. 14. Benedictus.

Psalm. 91. Delectabilis.

Cant. 5. Desiderabilis.

Psalm. 45. Laudabilis.

lur⁹. Psalm. 101. Reverentiā dignus

tiss. Psalm. 9. Sperabilis.

Psalm. 75. Terribilis.

PRAXIS PER DIEM

PRaxis prima versabitur circa modum meditandi, cum fru-
du, præcedentia attributa, ut con-
cipiatur scilicet magna de D E O
existimatio, & amor erga illum.

Primò considera perfectionem
per unum aliquid ex suprà positis
nominibus significatam, verè O.

K 5 reali-

178 Praxis per diem.

realiter in Domino DEO reperiuntur fit
Ex: gr: perfectionem per nosmet nos
Sapiens, significatam, non per
imaginationem nostram, (quasi per
pe aliquem doctum existimamus
cum ignorans sit) sed reipsa in ipso
Domino DEO inveniri, in quo
inventa fuit. & aeternum inveniatur
vera Sapientia.

Secundò considera, illam ipsam
perfectionem, Ex: gr: Sapientia in DEO esse, ut omnimode
finita sit, simulque ipsa sola infusa
est prærogativis cuiuscunquam
omnium creaturarum existentium
futurarum, & possibilium sapientiam
in infinito intervallo antecedentia
ut omnis creata & creari
Sapientia in nullo comparari.

aperitur
nomen
non p
quāsi
nam
sā in i
, in q
inveni
m ipsa
pienti
modē
la infi
unque
tentiu
n sapia
ntecce
creati
rari

fit cum infinita Sapientissimi DEI
noſtri Sapientia...

Tertio considera hanc eandem
perfectionem Sapientiae Ex: gr:
omnem in ſe continere infinitatem,
que veræ DEI Sapientiae conve-
nire potest, non ſolum extenſivam,
cum per illam cognoscat omne cog-
noscibile, ſed etiam intenſivam,
conſtantem in modo cognoscendi,
comprehendendo omnia infinita eū
diſtincione, claritate, eminentia,
C. c.

Quarto considera perfectionem
illam non eſſe vnicam in Domino
Deo, licet infinita fit & ſuperper-
fectissima ſed tanquam individua
comites ſibi conjunctas habere in-
finitas alias perfectiones (ex ipſas
quodq;

quog_z, infinitè perfectas) Pulchritudinis videlicet, Bonitatis, Opus &c
lentiæ &c. que illam longè admirabiliorē reddunt, sicuti ad amorem
vnācum alijs margaritis, pyropis, mor-

smaragdis &c. coronæ aurea in-

sertus nescio quām nobiliorem su-

ciam & valorem contrahit.

Quintò considera, impossibiliter
esse, ut cum perfectione Dei infinitè perfecta permixta sit vel
possit in DEO nostro vel minime
imperfectione; neque prædictæ per-
fectioni per omnem æternitatem
superaddi poterit, aut auferri de
quod bonum.

Sextò considera hanc perfec-
tione Er: gr: Sapientiæ, in DEO
tantam esse, ut ab illa omnis sapientia
enitetur.

ulchritudia creata quoad existentiam
Opus & conservationem dependeat, &
admiranda divina ipsius maiestate omnibus
creaturis communicetur quovis
momento, absg₃ eo, quod ipse Deus
nullo dependeat. Quod Exempli
causa modo de attributo Sapientie
dictum est, applica alijs singu-
lis attributis & perfectionibus ip-
suis DEI, ut Pulchritudinis, Di-
vitarum Abundantiae, Gaudij,
Beautitudinis &c.

Septimò, ad cognoscendas &
parvi estimandas proprietates eti-
am bonas, creaturarū & in crea-
turis, considerare poteris, quod-
cumq₃ ipsorum sive anima sive cor-
poris bonum, quod in ipsis reperti-
tur, sex habere circumstantias su-

L præ-

prà positis sex considerationibus in
Domino Deo oppositas, quarum
prima est: bonum illud creature
rum non esse omni ex parte verum
ac reale bonum. Secundo, illud
ipsum esse limitatum & exiguum.
Tertio, conjunctum esse cum defi
ciere requisite cuiusdam qualitatibus.
Quarto, non gaudere confortari
aliarum corporis aut animae per
fectionum. Quinto, multis cum
imperfectionibus utring, esse con
junctum. Sexto, omnino depen
dens esse à D E O, & modicorum
pore durare.

Secunda praxis est. Percurru
re recitando suprà posita nomina
Dei, vel omnia vel ex parte tal
ium, eo fere modo, quo in litaniis
nomina

Praxis per diem. 183

183

nomina Sanctorum aut B. Vir-
inis recitantur, subjungendo scilicet
post cuiusvis pronuntiationem
afflatum aliquem vel plures per-
fctioni illi Domini DEI conveni-
entes, sive sit actus Congratulatio-
nis, sive Adorationis, Laudis, Be-
nedictionis, quales affectus pro simili-
bus supra positis attributis val-
de congrui sunt; vel Gratiarum
actionis pro attributis tertiae &
quarte classis; vel Petitionis, que
etiam post quamvis supra dictorum
nominum pronunciationem sub-
jungi poterit; & ita cum propor-
tione alij quoque affectus adhiberi
poterunt. Ex. gr. ad primum &
scundum attributum.

L 2

○

O Mi D E v s, Actus puriss. me, cui nulla deest, sed inest omnis perfectio! Te laudo, amo, & benedico & in tantâ tuâ perfectione complacem mihi. Supplex te rogo, illam mihi concedas maiorem perfectionem, quæ ad te amandum & imitandum mihi necessaria est. Amen.

O Beatissime Devs, tua delectat beatitudo, quod totum Paradisum beatificat; mihi gratiam, ut Te in tua beatitudine intueri valeam. Amen.

O Mi Domine, Creator, Conservator, essentia mea omniūq; creaturarum laud

puriss. vudo te, adoro, & amo te, ut
est, sed Dominum Creatorem & Con-
Te lau- servatorem meum, & nomine
in tan- omniū Creaturarum tibi gra-
aplaceo- tias ago.

O Deus, amice mi fidelissi-
m per me, benedicatur, laude-
amau- tur, & in æternūm ametur in-
ihi no finita tua charitas, quæ te adeò
charum nobis effecit amicum,
tua m gratias tibi ago, O Domine
o, qu mi, & pro verā charitate tibi
ficiat; supplico, quâ fidelissimæ ami-
tua be- citiæ tuæ respondere possim.
am. A Amen.

Tali modo percurreré poteris
memorata Nomina & Attributa
DEI, multâ cum varietate devo-
torum & valde utiliam affectū;

L 3

¶

186 Praxis per diem.

& serviet hec praxis pro optimis
aliqua oratione, contemplacione,
sicut & loco preparationis ad missam,
& sacra Communionem. &
loco gratiarum actionis pro illis;
utilis præterea erit ad suaviter
faciliter eonversandum (etiam
tempore distractionum, aridita-
tum spiritualium, & tentationum
cum DEO tuo, si successivè dicta
attributa ex isto libello legeris,
congruum aliquem, ut supra in-
sinuavi, affectum adiungendo, qui
pro libitu tuo variare poteris. Ne
dubites, quin optatum de votis
fructum reportatus sis. Atque
ad eum facilius tibi reddatur simi-
lium affectuum usus, sequens va-
riorum affectuum Alphabetum
tibi

Praxis per diem. 187

tibi subministro, quos conformiter superiori praxi & in omni alio exercitio spirituali Orationis, Meditationis, Contemplationis, Lectionis, Missæ Communionis ut exerceere poteris.

ALPHABETUM

Variorum affectuum sub exercitio spiritualibus exercendorum.

- A. Adoratio, Admiratio, Amor.
- B. Benedictio.
- C. Confessio, Confusio, Consecratio siue oblatio sui, Contrito, Compassio.
- D. Dedicatio sui, Delectatio, Desiderium, Donatio.
- E. Eleemosyna Spiritualis, Exaltatio, Exultatio.

L 4

F. Fides.

188 *Praxis per diem.*

- F. Fides.
G. Gratulatio. Gaudium. G
rum actio.
H. Humilitas, Holocaustum.
I. Imitatio. Invocatio.
L. Laus.
M. Magnificatio.
N. Nihili sui agnitio & profi
cere.
O. Oratio, Oblatio, Obscur
itas.
P. Petitio. Promissio Proprie
tatis.
Q. Querelæ de propria suang
tudine.
R. Religio. Refignatio.
S. Spes. Subiectio. Supplic
atio.
T. Timor.
V. Unio. Votum.
Z. Zelus Gloriæ Divinæ, &
animarum.

INDVSTRIA XIV.

Humiliationis.

Decima quarta Industria supponit omnimodam nostri dependentiam ab actuali DEI præsentis influxu, à quo non solum quovis momento corpus & anima, virtus & efficacia sensuum, exteriores & interiores nostra potentie & ipsæ operationes naturales sine ullo nostro merito vel jure quod erga Deum prætendere possemus, ut hæc beneficia conferre teneretur, nobis communicauntur; sed insuper ab eadem infinita & præsente Maiestate longe magis supernaturale nostru Esse, Posse, & Operari quovis vita no-

L 5 stræ

stræ instanti nobis donatur non
tantum sine præcedenti nostro m.
rito aut obligatione, quæ Deum
ad illa danda obstringeret, sed po-
tiùs stante nostro demerito & ob-
ligatione (ut ita dicam) ipsius Dei,
similia nobis denegandi, aut iam
data auferendi ob peccata & in-
gratitudines nostras, sicut facile
ex iamjam dicendis clarissimis appa-
rebit. Hoc posito tibi dijudicandū
relinquo, si lux, quæ singularis in-
stantibus quoad existentiam suam
& vim illuminandi à sole depen-
det, ratiocinationis capax esset,
& necessariam suam ex naturale-
ge à sole dependentiam cognosce-
ret, in quos non affectus recogni-
tionis & gratitudinis erga Solen-

pro-

prorumperet? quām humili confessione suā ab ipso dependentiam profiteretur, sine ullā arrogantiae notā, quasi à se ipsa vel minimam perfectionem obtineret? quām revereretur, ne in pristinum suum nihilum relaberetur, si vel minimo tempore actualē suum influxum Sol suspenderet? & ita loquendo de alijs affectibus. Quod si lux ista ageret, scias te infinites maiori obligatione & necessitate teneri ad eliciendos prædictos aliósque similes affectus erga Deum verum Solum tuum, quò, infinites scilicet, maior est tua dependentia & omnium creaturarum in Esse. Posse & Operari tam naturali quām supernaturali à continuo influxu

L 6 presen-

præsentissimi DEI nostri, qui b
omni alio independens est. Sed n
veritatem istam, qua summi
menti est, magis distinctè & cum
fructu cordi tuo impressam geru
placet illam sequentibus punctis
fusius explicare.

**PRINCIPALES QVÆ
DAM GRATIÆ DOMINI
Dei Christiano & Religioso
homini necessariæ ad perfectè con
sequendum ultimum suum
finem.**

Prima est, Gratia præservans ne
occurrant tentationes, & pericu
la animæ & corporis.

2. Ut, si tentationes aut pericula
occurrerint, ab ijs tamen non vinca
mur, nec cadamus: quæ gratia & au
xilium divinum capto oportet esse

maius

qui b
Sed n
mimo.
T CHM
gerau
punctu
VAE.
MINI
igio lo
è con.
um
ans ne
pericu
eribus
vinca
a & ru
cer esse
aius,

maiis, quantò magis diversa & gra-
viora sunt pericula, & tentationes.

3. Ut, si nostrā culpa lapsi sumus,
non delabamur in peccata & mala
maiora ijs, in quæ jam cecidimus.

4. Ut commisso peccato primò
cognoscamus eulpam. Secundò, il-
lam detestemur. Tertiò, deplore-
mus vera cum pænitentia.

5. Ut liberemur primò à commis-
so peccato. Secundò, à pæna illi de-
bita.

6. Ut redeamus in divinam grati-
am & Sanctam cum Domino D E O
familiaritatem, quâ per peccatum &
defectus privati fuimus.

7. Ut (quantum ad bene agen-
dum attinet) pias cogitationes, & il-
larum primos motus, aut primas in-
spirationes, maximè supernaturales
habeamus.

8. Ut primis eiusmodi motibus
vel inspirationibus cooperemut cum

L 7 . refle.

194 *Industria XIV.*

reflexione & discursu super illis instituto.

9. Ut distinctè, firma cum adhesione & certitudine, cognoscamus & penetremus veritates spirituales.

10. Ut cum affectu & propensa voluntate cognitas veritates amplectamur, & internum quendam actum virtutis, maximè Theologicæ, eliciamus.

11. Ut efficaciter operemur vel unâ solum vice exterios virtutum actus repugnante sensu & amore proprio.

12. Ut frequenter, præsertim ubi difficultates maiores se opponunt observationum & inordinatarum passionum vehementiam, &c. prædictos virtutum actus exerceamus.

13. Ut exerceamus actus virtutum heroicos & perfectos non in quovis sed perfecto illorum gradu.

14. Ne postea ob opera nostra bo-

na

na, præsertim magis insignia & aliorum oculis exposita tentemur aut superemur à vana nostri complacentia aut ambitione vanæ gloriæ & existimatione mundana.

15. Ut in dictis operationibus omnia referamus pure ad maiorem D^EX Gloriam, nihil commoti ob vilem de nobis existimationem.

16. Ut perseveremus ad finem usque inclusive, primò in divino Servitio in S. Religione (si cui hæc gratia obtigit) exigendo. Secundò in divina gratia & amicitia. Tertiò in virtutum perfectione.

17. Ut proximum nostrum adiuvemus & ad meliorem vitam convertamus, præsertim si sint magni & multi peccatores; & multò magis si negotium tibi sit illos non solum à peccatis abstrahendi, sed ad perfectiōnis statum promovendi.

18. Ut denique admittamur ad gloriam

gloriam & beatitudinem, æternum
ea perseveraturi; quia, licet de factis
Deus Sanctis suis æternam gloriam
impertiat, ut promissum suum adimplat,
aut ita legi iustitiae satisfaciat;
hoc tamen omne contingit & prove-
nit ex supposita gratuita & liberali
ipsius promissione, aut ex suppositis
liberis decretis multisque præceden-
tibus gratijs, sine quibus nullo modo
ex nobis ipsiis habiles sumus ad glo-
riam illam obtinendam aut contine-
ndam; quæ res ipsos etiam Beatos
conservat in humilitate & reverentia
erga Dominum D E V M, Summam
iporum Beatitudinem.

QVAM PROPORTIO-
NEM ET DISPOSITIONEM
à corrupta nostra natura ha-
beamus ad obtainendas prædictas
Gratias.

I. Non

1. Non sumus sufficiētes ex nobis
solis ad aliquo modo cogitan-
dum, nedum ad operandum aliquid
supernaturale.

2. Habemus positivam aliquam
& nimis magnam inclinationem ad
cognitiones & affectus terrenos, hoc
est, ad bona sensibilia corporis, hono-
ris, astimationis, divitiarū &c. quod
ipsa experientia continua tam in no-
bis, quam in alijs clare demonstrat
tempore distractionum, temptationum
& motuum sensus.

3. Habemus positivam repugnan-
tiam & aversionem à rebus spirituali-
bus, maxime ab illis, quae secum fe-
runt circumstantiam aliquam sentua-
litati nostræ & amoris proprio contra-
riam; ex quo fit, ut tantā cum diffi-
cultate anima suscipiat, aut conti-
nuet vitæ spiritualis exercitia.

4. Ingentem habemus inclinatio-
nem ad arrogandum nobis, siquid
boni

boni facimus, aut dicimus, auctorat
es simul vanam gloriolam & com-
placentiam.

5. Licet in gratia Domini Dei no-
strri, etiam intensissima, & per centu-
annorum spatum perseveraremus;
tamen ultimo die centesimi anni non
haberemus ex nobis solis maiorem
aptitudinem & dispositionem ad ob-
tinendam aut continuandam pradi-
ctam gratiam, quam primâ horâ pri-
mi anni habuerimus; sicut aer post
tot millia annorum quotidiano solis
Inmine illustratus non magis disposi-
tus est hodie ad habendam aut reti-
neundam lucem, quam primo die sua
creationis dispositus fuerit.

QVALE MERITVM ET
DIGNITATEM HABEA-
mus ad obtainendas à Deo
supradictas gratias.

I. Nos

1. **N**os nunquam illas meriti fuimus nec merebimur, nec mereri possumus de condigno. Et quod attiner ad primas Graias Actuales, Prævenientes aut Excitantes; nec de congruo illas mereri possumus, cum ex nobis solis nullam ad illas proportionem aut dispositionem habeamus.

2. Meriti sumus & digni facti, quibus Deus supra dictas gratias non det, immo omnino de neget ob ingratitudines nostras & defectum cooperandi sanctæ ipsius gratiæ.

3. Non tantum dictis gratijs indignos nos reddimus, sed per nostra multa & gravia peccata positivè meriti fuimus, ut Deus nobis mala dictis gratijs opposita immitteret, gravissimas scilicet pœnas, & omnis boni, gratiæ & gloriæ privationem.

M E-

**MEDIA A NOBIS AD
HIBENDA AD OBTINEN-**

das à Domino Deo prædi-

Etas gratias, maxime in maio-
ri gradu,

Primum, Solitudo aut Seclusus,
tam ille qui corpore quā qui men-
te sit, quantum cuiusque status au-
conditio patitur. Custodia sensuum.
Puritas cordis conjuncta cum con-
nua quadam, quantum fieri potest,
mortificatione & abnegatione.

2. Omni cum diligentia, præpa-
ratione, attentione & fructu perage-
re exercitia spiritualia lectionis, me-
ditationis, contemplationis, exami-
nis.

3. Magna cum perfectione & de-
votione frequentare Sanctissima Sa-
cramenta, præsertim S. Communionis
tam Sacramentalis quam Spiri-
tualis.

4. Quām

4. Quām diligentissimē & effica-
tissimē præcedentibus gratijs coope-
rari, generosè & perseveranter exe-
quendo proposita, conformiter lumi-
ni & veritati à Deo communicatae.

5. Continuò exercere se in actibus
virtutum, maximè Theologicarum &
humilitatis, multa cum puritate in-
tentionis in actionibus.

6. Denique assidua, humilis, &
plena fiduciae oratio, prædictarūm-
que gratiarūm à Domino Deo petitio:
implorando in hunc finem B. Virgi-
nis & Sanctorum auxilium per merita
JESU CHRISTI omnis gratiae & glo-
riæ largitoris.

FRVCTVS EX PRÆCE- DENTIBUS CONSIDER- ATIONIBUS colligendi.

1. Profunda quædam humilitas,
quā nos ipsoſ seriò judicemus
imponentes & omnino indignos ad
impe-

imperanda à Domino Deo (qui illi nobis conferre potest, & confert) gratiarum dona, nisi dono quodam supernaturali præveniamur; & proprie hoc gratum nobis sit non solum nos nobisipsis tales aestimari, sed desideramus ut alij idem de nobis sentiant, & ut tales judicent.

2. Magna quædam de nobis diffidentia, quâ serio & ex animo nos dicemus non solum inhabiles (sibi ipsis relinquamur sine actuali & continuo Dei auxilio) ad juvandos proximos in consequenda perfectione Christiana, sed neque ad nosipios juvandos & ad vitæ perfectionem promovendos habiles esse; imò nec ad minimum & minus perfectum actum supernaturalem elicendum.

3. Non arrogare sibi, si quid boni actum est. Nunquam sibi promittere securitatem in vita Spirituali; neminem spernere, etiam si nos sancti,

&

& ipsi peccatores essent; quia abusus
divinæ gratiæ nos efficere potest ex
Apostolis Prodigios, sicut eiusdem
gratiæ efficacia Persecutores conver-
tere potest in Apostolos.

4. Continua quædam circumspe-
ctio & cautela in nostris actionibus
adhibenda, cum Sancto quodam, sed
non anxiò, timore, ne labamur. Ora-
tio ad Dominum DEVM præsentem
Patrem nostrum, cum perpetua qua-
dam gratiarum actione & coopera-
tione divinæ ipsius gratiæ, & hæc
omnia ad finem usque vitæ
nostræ, inclusiue.

* *



COL-

COLLOQVIVM XIV.

O DEVS infinitæ Maiestatis per hoc quod sis primum Principium & Origo independens omnis essentiæ naturalis & supernaturalis, naturæ, gratiæ & gloriæ, in quo omnis creatura ex integro dependet & per omnem æternitatem dependebit ab actuali tua conservatione, inevitabilē quādam imposuisti nobis obligationem ex vna parte te amandi, colendi, tibi grates referendi, totosque nos impendendi & consumendi in tuo servitio; ex altera verò parte nos usque ad centrum abyssi profundum humili-

Colloquium XIV. 205

humilitatis demittendi, cognoscendi & confitendi quod
Esse nostrum, & Posse nostrum,
stipsum non Esse & non Posse,
& si aliquid simus, possimus,
aut agamus (naturale illud sit,
sive supernaturale) id totum
à Te ac tuum sit, & tam in
existendo quam conservando,
tanquam maximè gratuitum
donum à Liberalitate per quā
optimæ & ditissimæ præsentis
Majestatis tuæ pendeat. Et
quemodo fieri potest, ô mihi
Deus, Essentia essentiæ meæ
quod per liberam meam elec
tionem, per amorem tui &
serviendi proptitudinem tuus
esse ante hac recusa verum, qui

M. indi-

indispendibili necessitatis lege
tuus sum? quâ fronte præsu-
mere potui ut aliquid, præser-
tim statum supernaturalem &
Gratiæ concernens, ex meipso
aggrederer, aut arbitrarer il-
lud à me proficisci? & quomo-
do tutâ conscientiâ bonum
aliquid spirituale mihi arro-
gare & attribuere ausus fui,
propter illud nonnunquam
alijs me præferendo, cùm tamē
credam & probè perspectam
habeam infallibilem hanc ve-
ritatem, quòd à Te omne no-
strum Eſte Posse & Operari de-
pendeat? quæ, sicuti gratuīo
concedis, ita liberè sine inju-
ria auferre potes,

Veri-

Veritas ista certissima non
solum à vitæ sanctimonia præ-
stantioribus Sanctis tuis in ter-
ra existentibus fidei & natura-
lis rationis lumine agnita,
verum etiā à Beatoribus Cæli
spiritibus, illustratis lumine
gloriarum vultus tui, perspecta,
eos ita humiles, cautos & re-
verentes reddidit erga supre-
mam Majestatem tuam, ut San-
cti Sanctorum, JESVS & MA-
RIA, tam in terrâ degentes,
quam in cælis regnantes ma-
gnâ cum humilitate & reve-
rentiâ totum id, quod viribus
naturæ vel gratiæ sunt ac ob-
tinuerunt (licet illud valde
sublime sit) tanquam donum

M 2 gratui.

gratuitæ Liberalitatis tuæ semper agnoscant, agnoverint, & agnitiuti sint; & ego Lucifero superbior minimum hoc meū & imperfectissimum Esse hactenus præticè non agnovi totum tibi subjectum esse, totum dependere à sancta tua mano? Domine, peccavi, neque remedium, quo huic meæ superbiæ vulneri medear, occurrit, quām ut supplici corde pro impetranda venia Misericordiam tuam implorando simul desiderem tam validam vocem, quā toti mundo notificarem animę meę sensum, omniodam dependentiam meam à Te Deo meo jure profitentem,

me

me scilicet per me ipsum nihil
esse, nihil posse, habere nihil,
nihil agere sine Te & sine mul-
tiplici gratiæ tuæ auxilio non
dari mihi Esse, Posse, Habere
aut Operari aliquid supernatu-
rale. Quod si ex favore gratiæ
tuæ bonum aliquod operer, &
tu me tibi in amicum asciscas,
ah Domine! ita miser sum, ut
nisi potenti brachio tuo me su-
stentes, semper in periculo sim
charitatis tuæ sinu excidendi,
neque in ullâ re securitatem
mihi spondere possum, nisi in
summè gratuitâ charitate tuâ.

O mi unice Creator & Con-
servator naturæ & gratiæ meæ!
confiteor, me obtuâ ab omni

M 3 alio

alio independentiam & omni-
modam omnium à te depen-
dentiam Tibi tanquam nostro
primo Principio debere omnē
adorationis cultum, omnem
reverentiam tanquam summa
Majestati, omnem gratitudi-
nem tanquam unico Benefa-
ctori, omnem amorem tan-
quam primo & summo Bono,
omnem servitutem tanquam
absoluto Domino, & omnem
Zelum gloriæ & honoris tui,
eò quod sis Primum, Solum,
Summum & Æternum Esse,
Origo omnis alterius Esse.

Præterea ex profundo nihil
mei protestor, quod ex me, si-
cuti nihil sum, ita non sim plus

ali-

aliquid, quām illa quæ nunquā extiterunt, nec unquam existent, sed inferior quāvis minimā creaturā, etiam minimo pulviseulo: quantò magis igitur inferior sum præstantioribus naturæ, gratiæ & gloriæ rebus? nolo (sicuti planè rationabiliter expetere non possum) laudari, honorari, amari aut estimari ab aliquo, cum Esse meum, quod nihilum est, aliud mereri non possit, quām nihilum. Quod si nihilum meum, ô mi Deus, addito quodam opere tuo, naturæ vel gratiæ, non nihil perfecisti, tota gloria in factorem redundat, sicuti laus elegantis pictu-

M 4 ræ

ræ aut acu elaborati operis, nō
rudi telæ, cui imago vel opus
superinductum est, sed pictori
& Phrygioni debetur.

Propter hanc ipsam actua-
lēm dependentiam, quā omnes
res, maximè rationabiles crea-
turæ, à Te dependent, video
(ō universorum Pater) me ob-
ligatum alios non solum nullo
odio vel invidiâ prosequi, sed
amore potius, honore & bene-
ficijs omnem proximum meū,
quicunque ille sit, complecti,
etiam inopem, infirmum, im-
peritum, malum, & mihi mi-
nus amicum; quia semper cor-
pus illud & anima illa opera
tua sunt, neque per hoc, quod

malus

malus, aut mihi iniuricus sit,
cessat tuus esse, aut à Te con-
servari, sed tua permanet crea-
tura. Sed ecce, Domine mi,
hæc Philosophia quæm certa
& evidens, tam parùm ab amo-
re meo proprio intelligitur &
longè minus effectui datur à
me & æqualibus mihi, superbis
scilicet. Tu qui ex nihilo per
Omnipotentiam tuam omnia
educis, & tenebras ignorantiae
nostræ radijs Sapientiae tuæ il-
lustras, dignare per thesaу-
ros Bonitatis tuæ intellectui
meo imprimere Veritatem istam,
me scilicet nihil esse, nihil pos-
se, nihil habere, quantum ex
me est, & quidquid sum, pos-

M 5 sum,

214 |Colloquium XIV.

sum , aut habeo , præter nihil
meum , id omne à te fieri , dari ,
& conservari , & ideo totum
tuum esse , sempèrque obligari
tuæ gloriæ ad serviendum &
obediendum , ut humilians me
sub omnipotenti manu tua
(quæ omne meum Esse semper
conservat) & amans creaturas
tuas propter Te & in Te in vera
humilitate & charitate semper
Tibi serviam , usque dum Te
Fonte omnis boni , & omni
bono in te mihi frui
contingat. A-
men.



PRAXIS

PRAXIS.

P Raxis consistet in colligendis
 & exercendis interdum fructibus
 supra positis; & si forte occasio
 occurat superba cogitationis, va-
 næ gloriae, vanæ complacentiae, præ-
 sumptionis, aliis se preferendi,
 parvi estimandi & parvum aman-
 di alios &c. introspice & excute
 nihilum tuum, propter hoc inte-
 rius in animo humilians te non
 solum coram Domino Deo tuo præ-
 sente, qui aeterni tibi concedit Esse
 corporis & animae tue, & insuper
 per modum eleemosyna, quam tuam
 relevet indigentiam & paupertatem,
 addit aliarum creaturarum
 Esse. Propter quod submittes te
 etiam

etiam omnibus creaturis, memor,
non decere ut propterea, quæ alia
na sunt, te efferas, aut alijs pre-
feras propterea, quæ D E I sunt,
sed solum propterea, quæ sunt
si tamen putas, te id rationabiliter
facere posse. Si huiusmodi eris, Spi-
ritus Sanctus, amator verè humili-
lium animarum, cordi & oritho-
suggeret affectus & verba, quib[us]
te humilias, ad quod tibi mibique

D E V S gratiam con-
cedat.

• 3 (0) 9 •
•

IN

INDUSTRIA XV.

Exercitij Charitatis.

Decima quinta Industria consistet in exercendis erga presentem Dominum DEVM illis artibus & proprietatibus amoris, quales exhibere solet vera aliqua Sponsa dilecto Sponso suo, aut quilibet fervide Amans illi quem amat! Ego quinquaginta principales ejusmodi amoris actus tibi propono, quos exercere oportebit, aut per serios animi affectus erga DEVUM nostrum (prout videlicet ostendent exempla infra ponenda ex aliquibus proprietatibus amoris desumpta) aut in ferventibus operacionibus & operibus mortificationis

N pro-

propter ipsum DEVM suscepit.
Et hæc est illa Industria, quæ sicut
aliquas præcedentium Industria-
rum in se comprehendit, ita exer-
citum illius, omnium aliorum ex-
ercitorum in vita spirituali. Finis
est, majusq; a nobis requirit su-
damm & applicationem in illa no-
exercendi & perficiendi.

QVINQVAGINTA
ACTVS ET PROPRIE-
TATES perfecti amoris DEI.

1. **G**audere, & interiore cordis af-
fectu sibi cum Domino DEO
complacere, Deum illud esse, habet,
posse & scire, quod est, habet, potest,
& scit; & hoc non amore commodi
nostr; sed quia sic DEO bonum &
perfectio illius est.

2. **G**audere, quod omnia, que
exua

extra Deum sunt, ab ipso tamen proveniant tanquam à vero & unico Creatore, Conservatore & Domino; & quod omne creatum bonum cum Esset divino collatum quasi nihilum reputandum sit: & hoc hilari animo confiteri, similque desiderare, ut veritas ista ab omnibus agnoscatur, omnésque illam profiteantur.

3. Supradictum delectari, quod Deus ob supereminentem bonitatem & perfectionem suam dignus sit infinito amore, servitio & obedientia ab omnibus creaturis praestanda, & quod illi debeatur omnis amor, honor & perfecta servitus.

4. Animo interius lætari, & cum Deo ipsi Deo congratulari tum ob supra dicta, tum quod divina ipsius Majestas seipsum ab æterno cognoscat & amet infinite, & hoc in æternum factura sit.

5. Parem exinde lætitiam, dele-

N 2

Etatio-

220 *Industria XV.*

stationem & congratulationem deli-
mere, quod magnus hic DEVS a
in Ecclesia triumphante, purgantib-
militante cognoscatur ac amerit,
quod omnes creaturæ subjectæ sibi
voluntati, atque Dominio ipsius,

6. Ardenter desiderare perfectum
ipsius amorem, eique serviendi pro-
ptitudinem, similque optare, ut
omnes illum cognoscant & ament.

7. Procurare continuis precibus
exhortationibus, exemplo & quo-
rum alio modo, ut ab alijs non solùm
minibus, sed si fieri posset etiā à crea-
turis irrationalibus, hoc ipsum fa-

8. Vehementem & cor ipsum p-
enetrantem dolorem sentire ex ei-
quo summum hoc bonum non
lum perfectè non ametur, sed tan-
tum super levioribus & gravibus cul-
p offendatur; similque desiderare p-
proprio vel alieno peccato, si fieri po-
set, vitam ponere.

9. Qua

9. Quamprimum verus amator advertit, se vel levissimam displicendi occasionem amato DEO suo præbuisse, illico sollicitus est & procurat cum dolore offendam re quapiam Deo placituram emendare, quo scilicet à Dilecto suo omnis injuria & displicendi causa removeatur.

10. Frequenter proponere, se semper & in omni re solum divinam voluntatem & beneplacitum attenturum, præfigendo hoc solum tanquam scopum voluntatis operum ac verborum suorum: sæpè etiam aliquid magno cum animi affectu quasi donum DEO præsenti offerre, & hoc solum, ut fieri possit, à DEO instanter efflagitare, & in se aliisque idem procurare.

11. Econtra animi aversionem sentire duntaxat ab eo, quod sapit offendam DEI, vel minimam DEO displicentiam creare potest.

12. Se, & sua omnia, dispositioni Di-

N 3

lesti

lecti sui offerre, & dolere quod ipse melior sit, nec plus aut melius quidpiam sibi suppetat quod offerat; simulque desiderare, ut omnia quae in alijs placent, in se collecta habentur, quod illa ipsi offerre posset; & hoc quidem sine respectu proprij commodi, delectationis aut honoris, sed solummodo quia hoc debetur infiniti ipsius Bonitati, Pulchritudini & perfectioni.

13. Totam ac summam suam delectationem ponere in eo quod cum DEO suo esse, conversari, sequi unire possit, quod fit in Oratione, tempore sacrae Communionis, & dum recordatur actualis praesentiae DEI, dumque exercet varios affectus amoris, congratulationis, gratiarum actionis &c. &c., quando advertit se a Dilecto vocari, currere & volare ad videntum & gustandum illum, eique serendum.

14. Desiderare cum sancta quadam & 16.

& resignata impatientia videre Deum suum in Maiestate sua, non quidem ad exsplendum proprium appetitum, & ad consequendam beatitudinem, sed ut perfectè, constanter, & securè illum amare & pro suo merito laudare possit; atque ob hoc ipsum impenetrandum frequentibus iisque affectu plenis suspirijs instare apud Dilectum Iunum, apud JESVM, Mariam, Santos, &c.

15. Plurimum commendare omnia opera & actiones amati DEI, sive ad gustum nostrum sive ingrata, prospera sive adversa sint, illaque estimare, profiteri & defendere ut bene facta, non admittendo ullam in nobis cogitationem, vel aliorum sermonem in contrarium.

16. Frequenter secum disquirere animo, quidnam dicere quid agere possit ad causandam Dilecto suo complacentiam? & si repererit aliquid,

N 4 quod

224 *Industria XV.*

quod Deo placere compertum habet
Deo, sive per te, sive per alios, id indicat,
confestim non habitâ ratione im-
pensarum, incommodi, aut disterio-
rum, à quocunque provenientium,
illud aggredi, prosequi, & ad perfectu-
finem perducere.

17. Sæpè animo revoluere, mul-
cum delectatione, verba ab amato
Deo ad amantem animam prolata;
& Amorem, quem erga illam gessit,
tantisq; beneficijs demonstravit, cum
voluptate illa enumerando, tam sum-
ma quam minima intellectus oculo
contemplando, utraque vel ex com-
agni faciendo, quod à tam amica manu
proveniant.

18. Ægerrimè ferre, & ob hoc au-
mitus dolere, quod à suo Dilecto a
sens & distractus sit, atque adeò, quam
primùm confecta sunt negotia, que
distractionem parere solent, confestim
toto animo ac corde recurrere ad San-
ctam

stam DEI præsentiam, & repetendam cum illo conversationem; quamvis per occupationes externas ille, qui toto corde diligit, non procul separari soleat ab eo, qui semper præsens est.

19. Tanti facere pulchritudinem & perfectionem DEI sponsi sui, ut in comparatione tam amabilis Boni omnia, licet magna & pulcherrima, immo totus mundus pro nihilo ducantur.

20. Magna cum lætitia & voluptate loqui de Persona & moribus, de divitijs, nobilitate, factis & dictis Dilæcti sui, & cum eadem satisfactione audire alios de ijs loquentes; aut scriptis vel libris commissa perlegere.

21. Multa cum hilaritate, & grati animi significatione, omne etiam minimum donum recipere de manu Dilæcti, magis amando in dono amorem & amatum, quam ipsum donum; sæpè oculos in illud coniçere, libenter alijs monstrare, illudque extollere &c.

N 5

22. Si

22. Si donum aliquod à tam dilecta manu accepitum est, quamprimum circumspicere de modo illud, & simul amorem Dilecti, compensandi, neque quiescere, donec repertum sit aliquod munus tam munifico largitoris gratum, illudque, ubi inventum est, toto animi affectu illi donare, cum desiderio plura & gratiora offrendi.

23. Ex rebus, quæ conspiciuntur, dicuntur aut pertractantur, occasio nem desumere reminiscendi Dilecti sui & actionum ipsius; præsertim si aspiciatur aliqua ipsius imago, effigies, nomen, insigne, vel simile aliquid.

24. Dum agitur aut curatur ut agatur aliquid DEO gratum vel ab illo præceptum, vereri & sollicitum stare, ne in illo peragendo error committatur, invigilare proinde sedula, ne tali cum defectu, sed, debitâ cum perfectione, persolyatur.

25. Ama-

25. Amare & blandè foyere verum sponsum, non solum in propriâ ipsius Personâ, sed in omnibus rebus, quæ ipsum aliquo modo concernunt, præsertim quæ ipsi præ alijs chariores, quales sunt Mater, & intimiores ipsius Aulici, B. Virginem intellige, Sanctos & Angelicos spiritus, aliósque, quos propter Deum diligere oportet.

26. Illud amare, quod ille amat, agere, quod illi agere lubet; pati, quod ille passus est; procurare omnimodam sui in ipsum, & ipsius vivendi normam, transformationem; quod fieri imitando vitam, sectando virtutes, & amplexando crucem Christi.

27. Amare ipsum, ipsique obedire in illis, quos suo loco nobis præesse voluit, hoc est, in Superiore & Proximo, tantâ cum perfectione, quasi ipsi D[omi]no immediate præstaretur hic Amor & Obedientia.

28. Magnam ex aliorum prof-

N 6

Qu

228 *Industria XV.*

Et u spirituali, quem in seipsis vel alii faciunt, capere voluptatem; & tamquam quidem, quantum caperemus nos ipsi illud præstaremus; quia in hoc apparet non propriæ satisfactio- nis studium, sed honoris & lætitiæ, quæ exinde in Dilectum, Deum fall- cet, redundat studium.

29. Offerre, & sàpè referre ad Deum præseniem, actiones suas, cum actuali quâdam lubentis animi complacencia illas Deo, & quidem coram inventi, unicèque propter amorem ipsius exhibendi, neqne satiari unquam ex antlandis propter ipsum laboribus, sed cupere potius illius causâ plurima sentire, ac pati incommoda.

30. Sancto quodam & casto timore sollicitum reddi de non amittenda ipsius gratia & amore, & in hunc si- nem, ut illicet in amando & servien- do tam charo & amabili Deo perse- verare valeat, frequentes preces fun- dere,

dere, & pro ijsdem apud alios sollici-
bare.

31. Agere & pati multa studio imi-
tandi Dilectum, illique placendi, &
tamen nihilominus serio judicari, se
propter Amatum nec agere nec pati
quidquam, huicque judicio nullam
contrariam cogitationem admittere.

32. Plura desiderare, agere, aut
pati posse ad recreandum Deum, &
declarandum erga divinā ipsius Ma-
iestatem amorem, excogitando etiam
quosdam casus impossibilis, & fingen-
do vel desiderando illos sibi esse pos-
sibiles, ut propter Deum illos effectu
ipso ponere posset; Ex: Gr: desidera-
re: ut omnes creaturæ amore & lingua
Angelicâ præditæ essent, quibus ama-
rent, & laudarent tam bonum Do-
minum, &c.

33. Omnem rem & personam de-
testari, quæ actualem Dei amorem,
aut sanctam cum illo conversationē

N 7 adimit;

230 *Industria XV.*

adimit: amare econtra, illique se gratum exhibere, quicunque occasione præber inveniendi & commorandi cū Dilecto suo.

34. Animitus compati patienti Dilecto suo, simûque desiderare ut posset dolorem ipsius imminuere, aut omnino tollere, recipiendo illum in se, præsertim cū nos, qui ab illo amamur, unica doloris ipsius causa sumus; omnem propterea modum inquidare, malum hoc, vel dolorem si non ex integro tollendi, saltē alle viandi.

35. Dummodò Dilecto suo placat, & serviat, cætera non curare; immo nullam rationem habere proprij commodi, respectus honoris &c. neq; ullo modo aures vel animum adverte re contraria suggerentibus.

36. Ut cum cœlesti sibi que amato sponso commorari possit, non procurare sollicitè, sed cum contemptu potius

Mus negligere somnum, cibum, re-
creationem &c. quando nimis ista
impedirent aut retardarent ab amo-
re, beneplacito, & servitio illius.

37. Quando conspiciuntur vestes
aut alia à Dei beneficentia submini-
strata, suaviter illa, intuitu Dilecti, ex-
osculari, amplecti, cum teneritudine
animi contemplari, secum gestare &c.

38. Ex rerum aut personarum do-
tibus & perfectionibus libenter occa-
sionem sumere, sibi aut alijs in memo-
riam revocandi, has ipsas dotes, & ijs
meliores in Dilecto suo reperiri.

39. Econtra, si in alijs mali quid-
piam advertatur, lætari & dicere, ta-
les imperfectiones Deo suo non inesse,
ac propterea ipsum laudare & arden-
tius amare.

40. Äquo animo accipere omnes
actiones & eventus, qui à manu Dei
obtingunt, semper inveniendo ratio-
nes, quibus ostendamus, convenien-
ter

232. *Industria XV.*

ter, congruè, ac rationabiliter eveni-
se, etiam si nobis videantur para-
xa.

41. Nullam ulteriorem rationem,
quæ amantem animam persuadeat,
inquirere, cur hoc vel illud agat, nra
vestiatur, &c. quād quod sciat Dilec-
tum suum hoc idem egisse, eodem
modo vestitum fuisse, atque adeo stu-
dere in omnibus Dilecto assimilari.

42. Si bona anima in perficiendo
quodam negotio servitij & benefi-
cii divini aliquod impedimentū ad-
vertat, aut contraria suadentem au-
diat, omne obstaculum confessim
remover, omnibus resistit, neq; qui
escit, donec intentum suum ad finem
perduxerit.

43. Omnia sua, etiam sensa inter-
na & cogitationes cum Dilecto com-
municat, & in omnibus se refert ad
consilium amati.

44. Quando proponit aliquid agit
it

re autem pati propter Dilectum, non
multum cogitat, an sit possibile, cum
omnia videantur ei possibilia, nec ali-
ud curat, quam ut etiam in hoc, ama-
to suo Bono, delectationem pariat.

45. Si dictum, factum, verbum
vel actio aliqua Dilecta minus grata
accidat, & tamen sponsum suum il-
lius Auctorem esse comperiat, quam
primum acquiescit, & illud ipsum ma-
lum, dictum, aut factum amat, quia
amat illius Auctorem.

46. Qui amat, meliora dat amato,
sibi vero reservat peiora.

47. Mente adeo attentâ & con-
tinuis cogitationibus de Dilectu suo
occupatam habet, ut modum nesciat,
nec facultatem habeat, se abstrahendis
quod sit, ut saepe de illo inter dormi-
endum somniet, neque possit de se
suisque necessitatibus amplius cogi-
tare, aut sollicita esse.

48. Omnem hominem & personam
quam.

234 *Industria XV.*

quam videt, omnem strepitum, quen
audit &c. imaginatur sibi suum Dil-
ectum esse, accurrit proinde, & inda-
gat an ipse sit.

49. Vehementer recreatur, si ei di-
catur, Dilectum recordari ipsius, de
ipsâ loqui, toto cordis affectu amant
&c.

50. Verus amor spiritualis non
emulatur, sed incredibili gaudio per-
funditur, si ab omnibus ametur, &
omnes amet Dilectus; omnibus be-
nefaciat, hoc vnicè desiderat, hoc
efflagitat & procurat Anima ven-
amans.

**PRIMA PRAXIS PRÆ
CEDENTIUM ACTUUM
& proprietatum Amoris.**

Primò considera, quantà cum
perfectione precedentes actus
cum Divinitate & Humanitate
Christi

Christi semper compatibiles, exercitifuerint & jam nunc exerceantur à Domino Deo erga homines. & nominatim erga me; & inde sume occasionem eliciendorum affectuum, congratulandi scilicet Bonitati D EI, Gratias agendi, laudandi & desiderandi, ut omnes illi pro beneficis, que in se collata agnoscunt, quod possunt, rependant.

2. Considera, quantâ cum perfectione prædicti actus exerciti fuerint à Sanctis præsertim ferventioribus, nempe à I E S V, à B. Virgine, à S. Maria Magdalena, à Sanctis Francisco Seraphico & Xaverio, &c. erga Dominum DEV M. Exercebis & tu prop-

propterea affectus complacent
una cum DEO tuo & Sanctis; af-
fectus desiderij, ut illos cum
alijs imitari studeamus: Ut offi-
ci in hunc finē dictos actus, à Sanctis
elicitos, Domino DEO, per manu-
e orundem Sanctorum &c.

3. Considera, quam perfecte
exerceant suprà dictos actus Ma-
tres erga filios suos, Sponse &
Sponsos suos, Amicus & Soci
erga familiarem suum, & (as-
pejus est) turpis amator erga illa
quam amando turpiter deponit
ex hoc confundaris tam prope
quam aliorum (qui se divino
sequio mancipirunt) nomine quod
ad placendum summa & solita
christudini & Bonitati, & ad

le

lectandum Deum & eternum, infinitorum honorum nostraque Beatusitudinis Thesaurum, non faciamus illud, quod amor Naturalis in Marribus & Sponsis, quod amor Moralis in Amicis, & Diabolice in turpiter amantibus efficere potest; condole denique DEO, quod non ametur perfectius, & in amando, forenti cadaveri postponatur.

4. Considera & examina quid
hac in parte à te actum sit, & qui
multos ex prioribus & cibis exer-
cueris erga Parentes, Amicos &c.
& forsitan non bono fine, cùm tamen
in servitio divino nec mediampar-
rem similiū actuum elicueris, neq;
e aliam intentione tanquam affe-
ctu

Quamare studueris, quanto amasti
creaturas, & propriā damnatio-
nem procurâsti. Ex quo orietur
confusio, examen, oratio, propo-
sita emendationis, ac fervoris ad
reparandum honorem DEI, &
damnum animæ compensandum.

5. Expedit sepiùs relegere se
prà positos actus Amoris, & vi-
post aliuno per diem exercere, at-
tentando animo se in ijs detinendo, &
cogitando, futurum ut actus illi
eodem die ab innumeris creature
ad declarandū erga alios affecti
eliciatur, aut exiguo cum fructu
aut magno cum detimento: Et
ego illum erga Deum meum
præsentem exercere intermit-
tam, cùm ipsi totique Cœlo

ita perplaceat, & proprium.
meritum augeat?

6. Eodem modo considera, quâne
parum amabilissimum Deum no-
strum amemus; ac propterea con-
fundi animo & erubescere debe-
mus ob defectus præteritos, anima-
re nos, omnémque conatum adhi-
bere in exercitio prædictorū actuum
se perficiendi; simûlque indesinen-
ter ab eodero Domino Deo petere
huiusmodi actuum fontes, qui est
vera Charitas & Amor erga di-
vinam ipsius Majestatem, qui que
est verè summum & maximum
dorum Liberalitatis divinae, quod
per suam Bonitatem abundan-
ter omnibus concedere
dignetur.

S E.

240 Secunda Prax.

SECUNDA PRAXI

Charitatis.

Secunda praxis valde proficiet, signis suprà positos alios Amoris in exercitium alienigenae actionis & molestiae propter Deum toleratæ deducat, vel in affectu orationem ad præsentem amabilissimum Dominum Deum fundam convertat, desiderans hoc facere eo sensu & affectu, quo Anna Beata, Beatiq[ue] Spiritus Cœlo & in Terra faciunt, & suscens interdiu non solum tempore Orationis in templo, aut quaque privata rurum devotioni vacas (ut nihil aliud ageres, quam similibus affectibus ex imo ac serio conprofectis te detinere, optimam han-

hand dubiè orationem institueres)
sed etiam inter studendum, labo-
randum, tractanda negotia, inter
ambulandum, vel aliud quodcun-
que per agendum sàpè elevare mea
rem ad Deum tuum amantissimò,
O presentem Patrem, dirigendo
ad illum varias precos jaculatorias
aliquam suprà dictarum proprie-
tatum, Amoris DEI, exprimentes;
in quem fines, O Exempli gratiâ,
pronunc satis mihi erit suggestere
tibi sequentes aspiratiunculas, ex-
primentes suprà positos priores a-
etius Amoris, quos utiliter oportet
bit attente, tardè ac devotè recita-
re Orationis, Missæ, Communi-
onis, et aliarum actionum tuarum
tempore.

O ACTUS

ACTVS CHARITATIS

1. **O** Mi De^s, suminum
Bonum! gaudeo Ti
esse tam magnum Dominum.
Te posse omnia, scire omnia.
&, Te omne bonum in Teip^s
esse. Tibi amor, Tibi laus i
æternum, cùm sis æternum &
superamabilissimum Bonum.

2. Benignissime Fons omnis
boni! ô quām gaudeo, Te ei
solā charitate tuā dare & con
servare omnem creaturarum
ruarum Essentiam! & licet sint
numero innumerabiles, atque
dotibus perfectissimæ, tamen
ante Te, ah mi De^s! quasi
nihilum esse apparent. Tibi
igitur

igitur soli, qui infinites cunctae excedis, infinites quoque major sit honor & gloria.

3. Domine! amabilitas & amor Bonum insequitur, sicut umbra corpus; ac propterea vehementer gaudeo, quod Tu, summum Bonum, dignus sis, qui ameris ab omnibus creaturis, neque possis omni Sapientia tua cognoscere tam excellentem Amoris actum, qui Tibi non debeat, cum totus Bonus sis.

4. O Deus! praeter modum affligebat me, cum viderem ex omnibus creaturis nullam esse, qua Te vel amaret, vel amare posset pro merito tuo; sed post-

O 2 quam

244 Secunda Praxis.

quām scio Tg Teipsum amant
& amaturum esse in omnem lib
aternitatem ; amore tuam qu
Amabilitatem adæquante , o D
quanta cōrdi meo orta est la
titia , & quanto gaudio tecum
mi Devs , exulto ?

5. Magne Rex gloriæ ! quām
suavem cantum continuæ lau
dis Tibi concinunt tribus Cho
ris Beati in Cœlo , Animæ san
ctæ in purgatorio , & Animæ
Justorum (sponsæ tuæ) in ter
râ ? Dignus es (o Bonum meum !
vel ex hoc , quod in Te & u
ipsis existas . Quis mihi der
& ego cognoscam & amem Te
perfectè cum omnibus creatu
ris !

6. Heu

6. Heu me! itane hoc pos-
ibile est fieri, quod nimis fre-
quenter Tibi (amabilissime mi-
Devs) à perversis hominibus
evenire video? Quòd malum
odio habeatur, male tractetur,
bene est; sed TE, qui solus o-
mne bonum es, nec amari, nec
serviri Tibi, sed offendì, con-
cultur, ita graviter, continuò,
& à tam multis, & (quod ma-
ximè me affligit) etiam à me,
hoc inquam, sicuti summum
omnium malorum est, ita de-
testor illud præ omnibus alijs
malis, & utinam possem, mille
vitas profundendo, injustissi-
mam hanc, Tibi illatam, inju-
riam abolere.

O 3

7. Pa-

7. *Pacifcor Tecum, michi
re D E V s ! citius mori volo,
quàm peccare; Quod si tames
peccavero, & infidelis fuero,
jam nunc retracto tam mala
voluntatem, & in locum tan
perversi actus substituo actus
amoris perfectissimum ex om
nibus, qui ex corde J E S V
Mariæ profecti sunt!*

8. *Mi magne D E V s ! si
summum Bonum, & ultimo
Finis meus, quomodo possum
aut potero velle alium finem
intendere, quàm solum bene
placitum tuum, &, ut in Te de
lecter, quò magis tibi placeam.
Soli igitur Gloriæ tuæ in holo
caustum perpetuum consecra*

omnes

omnes actiones meas internas
& externas, protestans, quòd
aliud non velim, quàm quod
Tv, & quia Tv vis; sicut om-
nino renuntio omnibus, quæ
Tibi displicēt, & tantum ideo,
quia Tibi displicant.

9. Creator, Conservator, &
Redemptor mi! tuus sum per
Naturam, per Redemptionem
tuam, per Promissionem &
Electiōnem meam, & ô quan-
tum de hoc gaudeo! quod si
tamen ex alio capite tuus non
esset, vellem tuus esse vel ex
hoc, quia secundūm omnem
Perfectionem & Bonitatem
meretur infinita tua Majestas.
Quocirca me totum, quantus

O 4 sum

248 *Secunda Praxis.*

sum, consecro & subijcio di-
vinæ tuæ dispositioni, deside-
rans omnia illa solus habere,
quæ in alijs Tibi placent, adfa-
ciendum gratum holocaustum
superdignissimæ Bonitati tuæ.
Mi Deus! suscipe modicum
hoc quod habeo, & multum
illud quod habere desidero,
quia omnia Tibi debentur.

10. O Deus cordis mei!
lætor ex animo, omnem tuam
& Sanctorum delectationem
esse; Te cum semper manere
amando Te, & gaudendo præ-
sentissimâ & amabilissimâ Ma-
jestate tuâ. Mi Deus! & ego
quoq; his associari cupio, cer-
tus, quòd adjuvante gratiâ tuâ
jugiter

jugiter TECVM, quoad potero,
conjunctus manere velim, tam
in orationibus & frequentibus
pijs affectibus, quam in S. Eu-
charistiae Sacramento, quod
vinculum est Amoris, quo Tu
& Animæ (Sponsæ tuæ) copu-
lantur.

II. O Summum Bonum
meum! ô unica Beatitudo mea!
& quando, heu me infelicem!
& quando sine velo, sine timo-
re, sine ulla interruptione Te
videbo, Te amabo, in Te Gau-
debo, totus in Te transforma-
tus? heu! quam acerbum est
aniare intenses, & tamen ab
Amato procul distare? Si ali-
ger non possum Te videre, &

O s Te

250 Secunda Praxis.

Te frui, verâ Vitâ meâ, nisi pri
moriar, auferat mors hanc vite
meæ umbram. Beata mors, quæ
claudet oculos Miserijs terra,
& illos aperiet ad Felicitatem
Cœli.

12. Infinita Sapientia tua,
summe Devs! disponit ea qua
in Mundo sunt, omnia; Omni
potentia tua illa efficit, incom
prehensibilis Bonitas tua ordi
nat cuncta ad gloriam tuam &
majus bonum nostrum: quid
quid ergo nobis à Te provenit,
sive prosperum sive adversum
sit, semper bonum est, etiam si
ignorantiae meæ & amori meo
proprio secus videatur, ita
confiteor ó Domine, & in om

ditus

nibus laudo, benedico opera
& judicia tua, quibus semper
acquiescam, sicut Sancti in
cælo acquiescunt.

13. Quām libenter vellem
facere aut offerre gratum ali-
quid, tanquam signum grati
animi, tuæ Bonitati Amori &
Beneficentiæ, ð verum Bonum
meum! sed quid offerre pote-
ro, quod non nimis exile, quod
non tuum, quod non indignū
sit tanto Domino? offero Tibi
meipsum totum, cum omni
pulchritudine, bonitate & per-
fectione Terræ & Cœli, Tem-
poris & Æternitatis: quod si
tibi hoc non placeat, offere
tibi, quantum mihi licet, TE-

IPSVM,

IPSVM, tanquam Obiectum
undequaque tibi gratissimum.

14. O vere Sponse anima
mea! quomodo non deficio
totus sancto quodam amori
& dulcedine, dum recordor
te animam meam non solùn
charam Amicam tuam, Soro-
rem, Dilectam, & Sponsam
unicam indigitare, sed profi-
teri insuper, quòd tenerissimi
amore me complexurus sis
semperque de me cogitaturus
quasi nemo præter me in Mun-
do versaretur; &, quod cari-
ra excedit, totum hoc ostendit
in eo, quòd omnes Creatura-
tuas, imò TE IPSVM, velis mil-
ia beneficium cedere

M
Div.

Deus! hoc stupiditatis & ingratisudinis meæ miraculum,
est, quod in medio incendio
infinitæ Charitatis tuæ consi-
stens nec tepefiam à flammis
istis, quibus æstuant Seraphini.
Ah Omnipotens Amor meus!
Tu qui me posuisti in medio
divini istius ignis, Amoris sci-
licet & Beneficiorum tuorum,
fac ut ardeam sempertam bea-
to incendio.

15. O Munde immunde!
quàm difficile mihi, quàm ja-
mentabile est in te commora-
ti, & simul charo meo D e o
unitum esse! quàm densæ nu-
bes vanarum Imaginationum
aspectum adeò grati mihi Solis
P adi-

adimunt! Et unde obsecro fit,
ut vix paululùm cum dulci Pa-
tre & Domino meo, soluscum
solo, conversatus, illicò ab ex-
ternis Corporis necessitatibus,
& internis Animi motibus in
meam perniciem retrahat a
Cœlo in terram? O me misé-
rum! quis me liberabit ab in-
felici hâc necessitate? Ah!
quando tandem amantissimù
Bonum meum, Intellectus &
Voluntatis meæ brachijs, Te
constringam nunquam dimis-
surus?

16. Exulto gaudio ob felici-
cem, quæ mihi contingit, sor-
tem, TE solum & neminem
præter TE amandi, ô mi dulcis
fime

simē D E V S , amet igitur Hic
mundanam pulchritudinē , Il-
le divitias , I sti afficiantur ho-
nore, quārat aliis voluprates,
curent stultū i sti amatores si-
tim suam pellere sorbendo
guttulam ; Ego, Ego T E aman-
do simul omnem Pulchritudi-
nem, Bonitatem, Divitias, vno
verbo, omnia amore comple-
ctor, & quidem magnā cūm
certitudine, quōd T E solum
amando, in T E adæquatam &
æternam Felicitatem meam
sim inventurus.

17. O Pulchritudo nunquā
pro merito amanda æterni
Sponsime ! splendor tuus non
solum demonstrat nobis fœ-

P 2 dīta-

56 *Secunda Praxis.*

dicatem illius, quod inter terrena pulchrum videtur, sed in tuo conspectu etiam Paradisi elegantiæ evanescunt, & ipsum Pulchritudinis nomen amittunt. Quis igitur Te non diligit? imò quis alium præter te solum diligit? non faciam, mi Deus, non faciam, non amabo nisi eum, qui sola summa & æterna Pulchritudo est.

18. Beatissimi Cœli Cives,
quām amabilis, quām perfectus est Dilectus Deus noster!
Totus est Nobilis, totus Dives,
totus Speciosus & Immortalis,
totus Innocens & Sanctus: In-
finitus est, Omnipotens, ipsa
Sapien-

Sapientia & Bonitas , totus
Amor & Amabilis, Excellens
omni Perfectione sine umbra
imperfectionis. Diligite eum
etiam meo nomine, ô felicissi-
mi tantæ Maiestatis Contem-
platores , & impetrare cordi
meo vel unam scintillam illius
incendij amoris, quod Vos æ-
ternum Beatos reddit.

19. Domine , nec minimū
donum aut beneficium mihi
præstare potes, quin simul in-
cor meum emittas inflamma-
tum amoris tui telum ad me
in amore tuo inflammandum
aptissimum, si durities & den-
sa cordis mei glacies ictum il-
lum non impediret. Ut con-

P 3 ferres

ter.
sed
Para-
t, &
nen.
non
pra-
n fa-
am,
i sola
tudo
ives,
erfe-
ster!
ives,
alis,
: In-
psa-
en.

258 *Secunda Praxis.*

ferres mihi qualemque beneficium, etiam corporale, jam ab æterno Sapientiam & Bonitatem tuam impendi, dum illud selegisti, & mihi conferre determinasti; Omnipotentiā tuam applicasti in producendis à principio Mundi ad hoc usq; tempus creaturis tuis, ut pereas hoc minimum beneficium mihi conferres, quod Tu ipse largitus es, & cum infinito amore largiris. O Deus! & non desidero mille corda ad te amandum? Ama, amatis ipsum loco mei, prout meritis, mi Summe Benefactor, & pro me Te ament omnes sancti, Paradisi Incolæ.

20. 0

20. O Deus cordis mei, nihil ego invenio, quod possit amatam reddere duicedinem animæ in hac vita an ore tui absorptæ, nisi quod sciat, quod antem mortem possit à te separari, & te perdere per peccatum: nam etiā in schola aut oratione tui, qui verè amat, non est liber à timore. O charum Bonum meum quid agam? stabilias obsecro omnipotenti gratiâ tuâ cor meum in tui amore, accipe cordis mei æternâ possessionem, sicut ego tibi dedi co tanquam æternum & irrevocabile donum; & si per infinitam Sapientiam tuam prævides, quod te aliquando of-

P 4 fensu.

260 Secunda Praxis.

fensurus sim, ah! mi Deus.
detrude me, antequā peccem,
in illum infernum, quem post
peccatum sustinere, deberem;
malo enim esse amicus tuus
inter pœnas Inferni, quām ini-
micus tuus inter delicias Pa-
radisi.

COLLOQVIVM
Ultimum.—

O Mi Deus, amabilissimum
Bonum meum! quomo-
do possibile est, ut vivam, &
tamen vita mea non sit conti-
nuum quoddam amoris tui ex-
ercitium, cūm undique tortu-
muli, tot ac tanta motiva ad
illud faciendū me impellant?

Om.

Omnes res creatæ & increatæ, præteritæ, præsentes, & futuræ unâ voce mihi acclamant:
AMA D E V M T V V M, S O L V M,
S E M P E R, E T P E R F E C T E, In-
vitant me ad hunc sanctum tui
amorem, o charum Bonum-
meum! infinita & infinities
perfecta Bonitas, Pulchritudo
& Perfectio tua; Amor tuus
æternus, gratuitus, continuus,
& infinitus, mihi indignissime
exhibitus; Beneficia tua, tot-
tamque eximia & continua:
Pulchritudo & Perfectio om-
nium operum tuorum: Præ-
mia æterna, & infinitæ Promis-
siones te amantibus factæ: Æ-
ternæ pœnae illis intentatæ, qui

P 5 21

262 Colloquium ultimum.

te non plūs, quām creaturā
diligunt; Mors, quæ creaturas
perditè amatas subtrahit, sed
te sancto amore dilectum au-
ferre non potest; Futurum ju-
diciū, quod malè amantes con-
fundet; Exemplum Electorum
tuorum, & Tuum O mi Deus,
qui te ipsum solum tanquam
ultimum finem amas; Pax &
tranquillitas animæ, quæ tu
tantum diligis; & inquietudo
animæ peccatricis; Dolor, qui
animū meum affigit, eò quod
hactenus alia, quām te amave-
rim; Ipsa Ratio, quæ continuo
mihi dictat, ut amem illum,
qui verè me amat, qui verè
amabilis est, & ab omnibus,

qui

qui sanè amant, dilectus; Obligatio quā mihi imponit status & conditio Hominis, Christiani, Religiosi, &c. Quod cognoverim, etiam cum quādam experientiā & particula-
ri lumine, amabilissimam Bonitatem tuam; Quod videam tantam delictorum abundan-
tiam, quibus à tam multis of-
fenderis; Necessitas amandi te,
cum alioquin tempus bene-
merendi sine fructu dilabatur;
Omnium aliarum rerum, eti-
am exercitij vitæ nostræ, vili-
tas & indignitas, si non sint
Amor Dei, aut cum illo con-
junctæ; Exemplum Creatura-
rum, quæ tanta agunt & pati-

264 *Colloquium ultimum.*

untur, ut satisfaciant, aut non
displiceant alijs, ut lucentur,
aut non amittant creatum ali-
quod bonum, vel ut evitent
corporale sive temporale ali-
quod malum; Accedit, quod
eam facile sit exercitium te-
amandi (ô mi DEVS !) nec in-
commodum pariat, nec requi-
rat impensas, aut multum tem-
poris, & tamen amantes te
certò certius consequantur in
hac vitâ æternum beneplaci-
tum tuum, in altera verò quo-
ad corpus & animam ipsime
abundè satiandi sint.

Hæc & alia motiva (ô mi
Summe Amator !) sunt tou-
dem flammæ, quæ me circum-
dant

dant & accendere deberent,
torumque consumere igne
amoris tui; sed me miserum,
Domine, vides hic miraculum
frigiditatis meæ, quæ etiam in
medio incendij renuit incales-
cere. Ah mi Deus, tu qui
Ignis es consumens glaciem
cordium, dignare condonatâ
præteritâ injuriâ sauciare ani-
mam meam accenso telo divi-
ni Amoris tui, ut excitata tam
sancto vulnere, pedibus affe-
ctuum suorum, tota ad te cur-
rat. O me beatum! quando
(sicuti spero & à te peto, fir-
miterque propono) & ego
nullius alterius rei habebo Me-
moriam aut cogitationem, ni-

266 Colloquium ultimum.

si quâ tui recorder, & de te
cogitem ; nec aliam Volunta-
tem, nisi quæ amet, desideret,
& velit te solvum ; nec alios
Sensus & Potentias, nisi que
totas se impenderint benepla-
cito & servitio tuo. Amen.

A Bsterbeat, quæso, Domine cor me-
um ignita & melliflua vis amoris
tui, ut amore amoris cui monar, qui
amore amoris mei dignatus es moni,
I E S U C H R I S T E Salvator Mundi.
Qui vivis, &c.

Et ecce ! tibi per istas Indusfrid
totidem aperte fuerunt porta, per
quas sine mora introire potes in
Cœlestie Hierusalem ad conve- san-
dum cum DEO & Sanctis ipius;
E si bene perpendas, invenies,
quoniam pectus dux tantu ex omnibus
fusilli

sufficerent ad conservandam vi-
ram quandam & sanctam fre-
quentiam affectum erga res di-
vinas ita, si ad maiorem illarum
partem vel mediocrem animi ap-
plicationem balueris, impossibile
futurum sit, ut corinum p[ro]ijs affe-
ctibus & virtutum acerbis vi-
cium remaneat aut non unitum
cum Domino Deo perseveret, eti-
amsi inter media negotia verseris,
vel curâ proximi distentus si in
itinere, in plateis & quovis alio
loco moreris, vel exercitio, quod
alias ex natura s. a distractio-
nem parere s. let, occu-
patus sis.

¶ f(+) do

IN-

INDEX.

- I Ntroductione sive Ingressus ad
sequentes Industrias. pag. 1
Utilitates harum Industriarum. 8
Modus Practicus istis Indu-
strijis utendi. 13
Industria I. Ostendit Obligationem
& Modum practicum DEO se
pro acceptis Beneficijs gratum
exhibendi à pag. 16. usq; ad 36
Industria II. Ostendit Viam
modum per creaturarum Per-
fectiones DEI perfectionem in-
vestigandi, eique ob illam con-
gratulandi, eumque amandi.
à pag 36. usque ad pag. 58
Industria III. Proponit Neceſſi-
tatem & modum Petitionis ad
Deum instituendæ. à pag. 58.
usque ad pag. 71

INDEX

- Industria IV. Docet, cur & quo-
modo jugem Præsentie Divinae
Memoriam habeamus. à pag.
70. usque ad pag. 99
- Industria V. Conformatitatis vo-
luntatis nostræ cum divina.
pag. 85.
- Industria VI. Puræ Intentionis
semper habenda. pag. 99. Pra..
xis pro tempore matutino pag.
101. Inter Operandum pag. 108
In fine operum pag. 109. Ad
monitio circa prædictam Indu-
striam & Praxes illius notatu
digna. pag. 110
- Industria VII. Modus prædictus
Omnia in spiritualem & Ani-
mae proficuum sensum conver-
tendi à pag. 114. usque ad 126.
Indu-

INDEX

Industria VII. Eruendi ex malo
bonum à pag. 126. usq; ad 136

Industria IX. Deum in suis Ope-
ribus laudandi à pag. 136. usque
ad 146

Industria X. Agnoscendi Domi-
num Deum per Signa. à pag.
146. usque ad pag. 154

Industria XI. Commendat & do-
cet modum serio se Applicandi,
dum peraguntur Exercitia spi-
ritualia. à pag. 159. usq; ad 163

Industria XII. Habendi semper
Localem Dei Memoria. à pag.
163. usque ad 169

Industria XIII. Recenset Attri-
buta, Proprietates & Perfe-
ctiones DEI, docetque modum
illas cum fructu expenderi.

INDEX

- pag. 169. usque ad 187
Alphaberum variorum piorum Affectum, quos tempore quo- rumvis Exercitorum spiritua- lium exercere oportet. 187
Industria X IV. Declarat, cur & quomodo nos sub potenti DEI manu humiliemus. 189
Principales quædam Gratiae Domini DEI Christiano & Religioso homini necessariæ ad per- fectè consequendum ultimum suum finem. 192
Quam Proportionem & dispositio- nem à corrupta nostra Natura habeamus ad obtainendas præ- dictas Gratias. pag. 197
Quale Meritū & dignitatem ha- beamus ad obtainendas à Deo su- prā

INDEX

- prædictas *Gratias.* 199
Media à nobis adhibenda ad obti-
nendas illas *Gratias* 200
Fructus ex præcedentibus Conside-
rationibus colligendi 210.
Industria X V. Exercenda præ-
dicticè *Charitatis.* 217
Quinquaginta Proprietates perfe-
cti *Amoris Dei.* 218
Considerationes practicæ circa
prædictas *Proprietates.* 234
Viginti actus perfecti Amoris. 242
Colloquium ultimum, & Epilogus
libelli. 260

Coll. 93ab.

**Omnia ad maiorem
DEI gloriam.**

30c. 155v

199
obti-
200
fide-
210.
pra-
217
erfe-
218
circa
234
.242
logus
260

em

